

la Cruz

31



1-6

11521

N=8031

167

(Ostia)



A E L L I

ANTONII NEBRISS.

Ex grammatico rhetoris in Complutēsi

Gymnasio: atq; proinde Historici

Regij **A P O L O G I A**

earum rerum quæ illi
obijciuntur,

EIVSDEM ANTONII

Nebriss. in Quinquaginta sacrae scriptu-

ræ locos non vulgariter enarratos,

Tertia Quinquagena.

EIVSDEM ANTO

NII DE DIGITORVM

COMPVTA

TIONE.

Cum priuilegio.

APVD INCLYTAM

GARNATAM MENSE

FEBRVARIO.

D. XXXV.

1152



*Es de la libreria del Carmen
de Alcala = Alfonso*

DEIUSDEM

ANTONII NEBRISSE IN SE
QVENTIS APOLOGIAE
ARGUMENTVM AD
LECTOREM.



Plato.

Grego.
Donatus


Vo in statu respublica litteraria sit quãq̃ precipi-
ti cursu ruat in interitũ; aut ignorant homines; seq̃
ignorare nesciunt; aut imminens periculum intel-
ligunt; sed remedium quærere non curãt; quin po-
tius si quis suppetias ferat; habeatur insanus. Qui
ignorant; possunt sue ignorationis causam afferre
ipsam ignorantiam; cuius autores ipsi non fuerunt. Qui vero in-
telligunt; sed instans periculũ non cauent; neq̃ ad se pertinere pu-
tant; atq̃ pro virili sua parte remedium afferre negligunt; hi digni
sunt non modo qui ex hominum cœtu abigantur; sed qui neq̃ in
hominum numero recenseri debeant; quãdo (vt ait Plato) nõ tam
sui ipsius tuendi; quam alios iuuãdi causa homo natus sit. Ast ego
qui hanc prouinciam mihi desumpsi temerarius vocor; propterea
quod sola arte grammatica duce fretus audeo per reliquas omnes
artes & disciplinas penetrare; sed non tanq̃ transfuga; sed vt excu-
bitor & explorator quid rerum quisq̃ in sua p̃fessione agat; quod
ante hac fecimus in arte medicamentaria; & in iure ciuili. nam pon-
tificium nihil moror; nisi forte aliquid antiquitatis in eo usurpatũ
est; & nũc quoq̃ a bello quod omnibus omnium artium professo-
ribus semel indixi nõ recedens; idem aggredior agere in sacris litte-
ris; profitens me non tentaturum aliquid quod dicionis meæ ter-
minos transfiliat; sed neq̃ abutar indulgentia illa; quam diuus Gre-
gorius permittit scripturæ sacre studiosis; quod grammatici Do-
nati regulis non sint subiecti. Nam qui huiusmodi sunt; cum illis
mihi nullum est commercium. Quare aut ego solus mortalium
deliro; & illi sunt sapiẽtes; aut ego solus sapio; & illi omnes delirãt.
Aut enim totum hoc negotium; quod artem grammaticam voca-
mus; nomen est inane; & frustra ab hominibus excogitatum; aut
qui sine illa in antiquorum libris versantur; vmbrae volitant; ope-
ramq̃ perdunt & impensam. Binas igitur commentationes in sa-

cras litteras elaborauimus: alteras quas Pallatinus Episcopus: qui
 postea fuit Archiepiscopus Hispalensis: dum hereticæ impietatis
 in Hispania quæstorem maximum ageret: per censuræ illius im-
 potentiam accedentibus principum nostrorum iussis extorsit: nõ
 tam: vt probaret improbaret ve: quam vt autorem a scribendi stu-
 dio reuocaret. Alteras quas prioribus illis substituimus: suppressi-
 musq; vt alio tempore magis opportuno ederentur. Nam bonus
 ille Præsul in tota quæstione sua nihil magis laborabat: quam vt
 duarum linguarum ex quibus religio nostra pendet: neq; vllum
 vestigium relinqueretur: per quod ad dignoscendum in rebus du-
 bñs certitudinem peruenire possemus. Apologiam autem hanc
 scripsimus: quo tempore apud quæstorem maximum impietatis
 accusabamur: quod ignari sacrarum litterarum ausi sumus sola
 grammaticæ artis fiducia in cognitum opus attrectare. Ele-

Archiepi-
 scop⁹ Hi-
 spalen.

gimus autem æditiciu iudicem fratrem Frãciscum
 Simonidem Toletanum præsulem atq; totius Hi-
 spaniæ protomythen: apud quem respon-
 dimus obiectis: quæ a criminato-
 ribus nostris obijcie-
 bantur.

Toletan⁹
 Præsul.



A ij

AELII ANTONII NEBRISSENSIS

Grammatici Apologia earū rerum quæ illi obijciuntur,
quod in quoddam sacræ scripturæ locos cōmenta
tiōes quasdam Grāmaticas edidit. Ad perōp
Reuerendū in christo Iesu Patrē ac cle
mētiss. dominū Frācisum Xi
menez Archiepiscopum,
Toletanū, &c.

Exordiū.



Undum satis constitutum habeo clemētissime Pa
ter; vtrum bene; an potius male sit meritis de me
genius meus; qui eiusmodi luto precordia mea fin
xit; vt nihil cogitarem; nisi quod difficile; nihil ag
grederer; nisi qđ arduū esset; nihil deniq; in vulg
ederem; nisi quod mihi negociū faceretur: Quod

Cicero.

si omne tēpus meum amicor; temporibus accōmodarem; si vigi
lias meas in fabulis ac poetarū figmentis consumerem; si in legē

Martial.

dis aut scribēdis historijs bonas horas male collocarem; & quod

Perfixis.

Poeta inquit; essent per me omnia protinus alba; me omnes ama
rent; laudarent, nugisq; meis congratularentur. Nunc vero quia

Ioan. vi.

Hierony.

operor cibum qui nō perit; atq; (vt inquit Hieronymus) inuestigo
in terris; quor; scientia nobis perseueret in cœlo; temerariū sacri
legum, falsariumq; appellāt, parumq; abest; quin impietatis reum
peragentes ex vinculis causam dicere cogant. Neq; enim deerit

Juuenalis

Ecclesia /

stes.

Plautus.

Vergi.

Arist.

ethi.

accusator; vt ait satyricus poeta. Qui verū dixerit; hic est; vt de me
iure possit illud ex ecclesiaste dici; qui addit sciētia; addit laborē;

vel potius illud ex Plauto. Ipsa avis sibi parit malū. Nouim; nāq;
exturdorum stercore viscum gigni; & fronde virere noua; quod

nō sua seminat arbor; cuius glutino ipsę aues postea inuiscatae ca
piuntur. Quod si propositū legislatoris esse debet bonos ac sapiē
tes viros premijs afficere; malos vero atq; a veritatis via aberran
tes pœnis coërcere; quid agas in ea rep. vbi sacras litteras corrup
pentibus præmia proponuntur; atq; ediuerso de prauata restituēti
bus; resarciētibus cōuulsa; mendosa emaculatibus infamiæ nota
inurit; anathematis censura subitur; aut si positionē defendere
coneris; mortē indignā oppetere cogaris. An mihi nō sit satis in
ijs quæ mihi religio credēda pponit; captiuare intellectū in obse
n. Cor. x. quiū xpī; nisi etiā in ijs quę mihi sunt explorata, cōperta; nota; ma
nifesta; ipsaq; luce clariora. ipsa veritate veriora; compeller nescire
qđ scio; nō hallucinās, nō opinās, nō cōiectās; sed adamātinis ra

tionibus irrefragabilibus argumentis, apodicticis demonstrationibus colligēs. Quæ malum hæc seruitus est; aut quæ tam iniqua velut ex arce dominatio: quæ te non sinat pietate salua libere: quæ sentias dicere: quid dicere: immo nec intra parietes latitans scribere: aut scrobibus immurmurans infodere: aut saltem tecum volutans cogitare. At quibus de rebus cogitare: nempe quibus religio Christiana cōtinetur: quodq; inter iusti & boni viri munera; vel precipuum Psalmographus cōmemorat. In lege inquit dñi voluntas eius; & in lege eius meditabitur die ac nocte. Primum illud meditationis genus in lege dñi esse debere Augustinus præcipit: vt codices habeamus castigatos. Verba sunt illius in secundo de doctrina christiana libro. Plurimū inquit adiuuat interpretum numerositas collatis codicib⁹ inspecta; atq; discussa: tātū absit falsitas. Nam codicibus emendādis primit⁹ oportet inuigilare solertiā eorū: qui scripturas diuinas nosse desiderāt: vt emēdatis non emēdati cedāt; ex vno dum taxat interpretatiōis genere. Quod si libri sunt in emēdati: qui scire possum⁹: quid credamus: aut quid non credam⁹: quid nobis sit imperatū: quid ve phibitū: Regula vero viaq; castigādi illa nimirū est: quā idem Augustin⁹ cum alijs cōpluribus in locis: tum in eodē secūdo: atq; etiam in tertio de doctrina Christiana volumine tradit; quamq; diuus Hieronymus in omnib⁹ plogis, epistolis, cōmētationibus, reliquisq; operib⁹ suis: quam denique oēs prisci sanctissimiq; doctores tradiderūt: vt quoties in testamēto nouo inter libros latinos fuerit reperta varietas; recurrām⁹ ad Græcos: quoties inter latinos inter se; aut inter latinos & Græcos in testamēto veteri fuerit aliqua differētia: certifidē petamus ex veritate fontis hebraici. Itaq; semp in dubijs ad liguam præcedētē eundū esse præcipiūt, esto exēpli causa. Scribit Marc⁹ Euāgelista Saluatorē nostrū iairi Synagoge principis mortuæ filiæ dixisse tabitha cumi; & subdit Euāgelista quod interpretatur Puella tibi dico surge. Scribit præterea Lucas in apostolica historia quod in Phœnices oppido ioppe fuit quædā foemina nomine Tabitha; quod interpretatur dorcas. Cum igitur vtrobique eadē sit litteratura; necesse est in alterutro esse mēdum: aut Tabitha a pud hebræos vtrūq; significare: hoc est puellam & dorcāda. Sed quia Euāgelium Marci & Actus Apostolorū ex Græco venerunt ad latinos: cōsuluim⁹ libros græcos; & offendimus in Marco scriptū talitha per .l. litterā; in Luca vero tabitha p. b. Ecce tibi differētia in

Narratio

Psal. i.
Cōfirmatio.
Augusti.

Augusti.

Hierony.
Omnes.

Marci. v.

Lucas.
act. ix.

NEBRISSENSIS.

ter græcos & latinos. Sed quia hæc particula: necq; græca est; necq; latina; reuertendū fuit ad linguā præcedētem. Cōiulim⁹; itaq; hebreos; qui vno oīm cōsensu nobis respōderūt in lingua Aramæa aliud esse talitha per .l. aliud tabitha per .b. hoc nāq; significare dorcāda; illud vero puellā; qđ est cōsentaneū ei qđ Euāgelista vterq; interpretat⁹ est. Marc⁹ talitha in puellā. Lucas tabitha in dorcāda. Quis igit̃ dubitet nūc in Marco disp̃rigere .b. litterā; & in eius loco cū .l. substituere? Quid qđ in codicib⁹ antiq; apud latinos nō tabitha per .b. sed talitha per .l. in Marco legebat; quod rōne quadā in solubili ppabo. Remigi⁹; in interpretatiōib⁹ hebraicorū nominū que cōsueuerūt in calce sacri instrumēti apponi vtrūq; nomē interpretat; tabitha in dorcāda; cum differeret de nominib⁹ post primæ syllabę a finalē .a. b. littera incipientibus. Talitha in puellā agens de habentibus .l. post .a. qui locus tamen corruptus est; atq; librorū negligentia deprauat⁹; quid autor scriptū reliquerit; satis ex eo demonstratur; qđ talitha posuit inter talim & talme; quo in loco ex ordine litterarū tabitha cumi nō potuit interponi. Hieronym⁹ quoq; in interpretatiōibus suis vtrūq; nomē interpretatus est talitha in puellam & tabitha in dorcāda; vt sit verisimillimū illud ad Marci euāgelium; hoc ad Actus apostolorū pertinere; quod etiā ex ordine quem sequit̃; intueri licet. Idem quoq; in epistola ad Pammachium que est de optimo genere interpretādi hūc euāgelij locum citans talitha legit refragātibus oībus libris in quib⁹ legit̃ tabitha; tametsi mendose etiam in epistolis legit̃ talatha pro talitha. Vtris igitur magis credēdum est librarijs & Impressoribus qui pperāt carthas annumerare tibi; an Hieronymo toti⁹ litteraturæ nō ignaro; & Remigio autori nō penit⁹ cōtemnendo; Marco. Lucæ atq; proinde hebræis oībus; an neotericis autoribus omniū linguarū ignaris? Quare videāt ne dum volūt me temeritatis accusare; cōuincā ego illos sacrilegij & impietatis. Dic igit̃ mihi o inuide vter nostrū peccat cruce dignior; ego qui cū Marco immo cū Christo sciēter dico talitha cumi; an tu qui ignorāter cū ignorātib⁹ dicis tabitha cumi; imponēs euāgeliste; qđ nūquā scripsit; nūq; dixit; nūq; putauit. Sed bone Iesu quāta est veritatis vis; quæ nō vsq; adeo couelli potest; vt nō fibras quasdā & radices dimittat; vnde possit aliāquādo repullulare. Non vsq; adeo dissipari; vt nō vestigia quædā illius remaneāt; per quæ possit inuestigari; nō vsq; adeo cōminui; vt nō ansas quasdā post se relinquat; ex quib⁹ quædā cūq; deprehē

di possit Nam vt Aristoteles ait omnia vero consonant: falso autē Aristot
 cito dissonat verū. Scitūq; est illud zorobabel forte vinum, fortis
 Rex, fortes mulieres: sed omnia vincit veritas: & manet: & inuale Zorobab
 scit in æternū: & obtinet in sæcula sæculorū. Sed hoc in loco impe-
 rita multitudo reclamabit: cui suffragabit rabularū turba: dicētq;
 vna voce nō licere in rebus dubijs græcos; aut hebræos cōsulere:
 ppter ea qđ emendatiora sunt exēplaria latina quā græca: & græ-
 ca quā hebræa. Afferūt q; suæ peruicaciæ testimoniū ex glossem-
 mate illius decreti: quod scriptum est distinctiōe. ix. cap. vt veterū; Augusti.
 quod est sumptū ex secūdo Augustini volumine de doctrina chri-
 stiana: & quo ego ad sententiā meā cōfirmādā sæpe vtor. Vt vete-
 rum (inquit) librorū fides ex hebræorū voluminibus examināda
 est: ita nouorū veritas græci sermonis normā desiderat. Vbi com-
 mentator citans testimoniū Hieronymi in præfatione librorum Hierony.
 quinq; Moysi dicit: quod emendatiora sunt exemplaria latina q̄
 græca & græca quā hebræa. O miseri discipuli: qui tales fortiunt
 præceptores: qui quod Hieronymus ironicōs atq; ridēs dicat: ipse
 asseuerate p̄nunciēt. Cūq; vterq; autor idē sentiat: atq; cōcorditer
 eandē rē dicat: sed alter asseuerat: alter ironicōs: isti inter vnanimēs
 discordiā serere conant. Quāto modesti⁹ illi faciūt qui ex p̄fessio-
 ne discordes recōciliare nitunt: Sed nimirū bon⁹ ille vir deceptorū
 cōmētator nūq; legerat obliquas: atq; figuratas Hieronymi locu-
 tiōes: neq; intellexerat in p̄logo illo qđ est ad Desideriū: qđ autor
 agebat: sed cū sibi falsitatē p̄suasisset: qđ latina exēplaria erāt emen-
 datiora quā græca & græca quā hebræa: id tantū accepit quod ad
 suū errorē cōfirmādū faciebat vultu graui atq; supcilijs adductis
 legens: qđ Hieronym⁹ ore renidētī atq; capite quassanti p̄ferret.
 Nam cū inueheret in eos qui septuaginta interpretū editionē he-
 braicæ veritati præferebāt: hæc verba subiūxit. Quod hebrei ha-
 bēt de X̄po: tui codices nō habēt. Aliud est si testimonia contra se
 postea ab Apostolis vsurpata pbauerūt: & emēdatiora sunt exē-
 plaria quā græca: & græca quā hebræa: quæ verba si asseuerate p̄-
 feras: vtrūq; falsum est. Nam neq; est verisimile: quod testimonia
 ab Apostolis vsurpata hebræi suis libris postea inseruērint scilicet
 approbantes cum facerēt contra se: neq; potest fieri: vt potior sit
 lectio apographa quam antigrapha: non magis certe quam aqua
 ex stagno & palude: ea quæ ex purissimo atq; defecato fonte hau-
 ritur. Itaq; cum verba Hieronymi ironice proferenda sint: si
 A iij

NEBRISSENSIS.

enunciatiue proferre velis: hoc modo in contrariū veritas necesse est. Neq; testimonia cōtra se postea ab apostolis vsurpata probauerūt hebræi; quia nemo adeo esset imprudēs; vt testimonia que cōtra se facerēt; vltro admitteret; nisi causā pdere vellet; neq; emē dātiora sunt exēplaria latina quā gręca; & gręca quā hebręa. Sed que comœdia; min⁹ quis melior; quā audire hominē; q̄ a cūctis habeat sapiētissimus; delirantē; **Ospectaculū dñs tātū immortalib⁹;** aut ijs qui deo pxime accedūt; reseruatū est; q̄ (vt inquit Plautus) nos hoies ludo suo quasi pilas habēt; secretūq; sibi mimū parant. **Comēta.** Ingerit se iudicē cōmentator noster; atq; arbitrū honorariū facit **Hierony.** inter Augustinū & Hieronymū minime litigātes; sed in eodem **Augusti.** causæ statu litisq; cōtestatione idē sentiētes. idēq; dicētes; quos ris⁹ excitatur⁹ illis si a mortuis resurgerēt; aut etiā nūc indigetatis quā tumcūq; tetricis. quantumcūq; grauib⁹. quantumcūq; seueris; Augustin⁹ (inquit ille) ad primitiuā ecclesiam respicit; quādo exēplaria gręca & hebręa nō erāt corrupta; sed procedēte tēpore cū populus christian⁹ multū esset auctus; & hereses multę essent factę; in inuidiā christianorū iudei & gręci sua exēplaria corrūperūt; & sic factū est; qđ exēplaria eorū magis corrupta sūt q̄ latinorū; ad quod tēpus respicit Hieronymus. Decretorum interpretes hic noster (vt video) epicur⁹ est; quippe q̄ nō multū curet quomodo; sed neq; quid loquat. Nā neq; Augustinus de primitiua ecclesia intelligit; sed præsentiē instituit; & future p̄spicit. Hieronymus vero id qđ est; euidenter ostēdit. Nec satis est illi clarissimos duos autores quasi dissentientes in pugnā cōmittere; nisi etiā victorē faciat illum; qui deteriorē causam tueretur; si ita sentiret quē admodū iste putat. Vel magis; inquit; credendū est Hieronymo; q̄ Augustino. In quo magis credēdū o hō oīum mortaliū stolidissime; an nō in eo qđ nec dormiēs quidē nūq; somniauit; qñ qđē vigilās semp̄ aliud sensit; scripsit; dixit; atq; vt ait poeta. Omnia que sensu voluunt vota diurno; Pectore sopito reddit amica quies. Quod si (vt interpretes decretorū putat) hebręi & gręci in xpianorū inuidiā pprios libros vitiarūt; aut id fecerūt in locis; q̄ faciebāt p̄ nobis cōtra illos; aut in quib⁹ pillis cōtra nos. aut p̄ vtrūq; aut p̄ neutris. Nā cōtra vtroscq; qui facerēt; nullus potest dari locus; nisi perperā ab vtriscq; intelligatur. In ijs vero locis qui facerent pillis cōtra nos; aut pro illis & pro nobis. aut neq; pro illis; neq; pro nobis; non est credibile illos quicq; immutasse; cum sint alioqui in transcribendis; castigandis;

recognoscendisq; libris multo quā nos diligētiores; hebrei maxi-
 me; qui omnia veteris instrumenti non modo verba; sed & sylla-
 bas & litteras ad certos numeros redegerunt, & vt saluatoris no-
 stri verbis vtar; neq; vnū iota; neq; vnus apex ab illis pretereatur;
 Reliquū est igitur vt quæ faciunt pro nobis contra illos vitiant
 immutauerintq;. Sed qui nā sunt hi loci; ego nondū legi quod no-
 stri codices; hoc & græci; hoc & hebræi habent; eadē ab vtriscq; tra-
 dunt; in lectione nulla aut quæ non multū ad rem faciat est diuer-
 sitas; quinimo stante eadē scriptura; de sensu omnis habetur cōtro-
 uersia, puta inter græcos & latinos de azymo & sincero cōsecre-
 tionis pane, de spiritus sancti processione, inter vtroscq; & hebræos,
 de christo an sit purus homo; an homo pariter & deus, an ventu-
 rus sit Saluator; an potius iā venerit. Quæ nā igitur inuidia est vel
 le nobis præcludere illud vnicū emaculandi libros; atq; veritatis in-
 uestigandę refugiū; aut quoties in codicib⁹ latinis inuenta fuerit
 differentia inter nouos & veteres ad quē arbitrū prouocabim⁹;
 qui nobis ostendat vtram lectionē sequi oporteat; Nam quod isti
 dicūt sequendū esse illud in quo plures codices cōueniāt; id quidē
 periculosum consiliū est; neq; magis admittendū; quā si quis in vi-
 ta sua serit id esse faciendū; nō quod optimus quisq; sed quod plar-
 riq; oēs faciunt. In artib⁹ & sciētijis id esse sentiendū nō qđ sapiētissi-
 mus quisq; sed qđ incertū vulgus atq; imperita multitudo putat;
 cū in omni re dijudicāda nō sint numerāda; sed pōderāda suffragia
 Quid; qđ oēs codices q; ex impressiōe venerūt; p vno sunt cōpu-
 tandi; cū ex eadē archetypa forma semel excussi; reliquos fere oēs
 ppagarint. Quod vel ex eo intueri licet; quod oēs chartæ & oēs
 omniū lineæ ab eodē verbo incipiūt; & quemadmodū iuris periti
 dicūt; quoties testes eādē rem atq; iisdē verbis proferūt; suspi-
 cio est illos ex cōposito mētiri. Sed nihil mirandū est raros esse co-
 dices; qui verā illam synceramq; antiquitatē retineāt; cū & illi qui
 tales reperiunt magno periculo sint obnoxij; pterea quod inter
 homines imperitos versentur; qui cū magnum doctrinæ specimē
 præ se ferāt; nihil putant sibi non licere; alius aliquid addens, alius
 detrahens, alius transuerso calamo illiniens, alius expungens, ali⁹
 inducens. Dicit vero quispiā; fingit hæc Antoni⁹; immo vero qđ
 est i ore oim factūq; narrabo. Quāto ingenio & eruditiōe fuerit
 Magister Petrus oxomēsis; nemo est q; ignoret; cū post Tostatū
 illū ex Salmaticēsi scholastico Ep̄m Abilensem oim iudicio apud

Aliud ob-
iectum.

Oxomē
Tostat.

A. v.

NEBRISSENSIS.

nos fuerit nostra ætate in omni genere doctrinæ facile princeps. Is fuit ex portione bñficiari⁹ in ecclesia Salmaticēsi: cui ex decani & capituli decreto delegata fuit puincia libros ecclesiasticos emēdandi: pposita illi mercede laboris: vt p quinis cotidie chartis emēdandis mereret: quas appellāt distributiones cotidianas: tam & si rei diuinæ nō inter esset. Est in ea ecclesia vtriusq; testamēti codex peruetustus: qui mihi sæpe fuit vsui: ad eam rem de qua nūc agit. A beo castigationū suarū initium Oxomēsis fecit: cōferens illum opinor ad aliquē ex recentioribus libris: atq; ita dispungēs vera: & inducēs falsa distorsit a prototypo illo exemplari plusquā sexcētos locos: quos tibi Pater clemētissime ostēdi: cum illic esset curia: atq; cum rege Ferdinādo de exequēdis Elisabes Reginae legatis ageres. Quod si libri synceri cōmaculātur: & ad corruptorū formam redigūtur: iam videor mihi videre: quō res litteraria deuentura sit. Atqui dicūt isti sermo latin⁹ per se sufficiēs est: aut si aliū de aliquid mutuādum fuit: iam oēs bibliothecæ hebreorū & græcorū in latinās transfusæ sunt. Quorsum igiŕ pertinuit puidētia illa Pontificū: qui scitis atq; decretis suis sanxerūt litteras græcas & hebreas in gymnasijs publicis debere legi & doceri: Quarum altera pars excitata est atq; iam pridē per Hispanias diuulgata ab Ario lusitano viro græcæ & latinę per quā erudito: altera neglecta: atq; si fit quod isti fieri volūt: breui futurū est: vt lingua illa nō minus veneranda quā antiqua: & cui religionis nostræ fundamēta sunt credita: in obliuionis tenebras deuoluatur. Nam si hebraicorū voluminum lectione nobis interdicit: si hebreos codices elimināt: dissipāt: lacerāt: adurūt: si græcorū libros minime putāt necessarios: in quibus prima illa nascētis ecclesię iacta sunt fundamēta: in chaos illud antiquum antea quā litteræ essent inuētæ cōfundemur: atq; duobus sacræ scripturæ voluminib⁹ orbatī in sempiterna noctis caligine versemur necesse est. Cumq; libri recētiore ad normā veterū sint redigēdi: quid illis agas: qui ptypos ex nouis interpolant: & in aliam speciē effingunt: Quā me delectat ille Apostolorū cōtemporaneus scriptor Ireneus: qui pspiciens futuræ suorū operū labi: huiusmodi cōiurationē in prima librorū suorum frōte præposuit. Adiuro te inquit: qui trāscribis librū istum per dñm nostrū Iesum Christū & per gloriosum eius aduētum: quo iudicatur⁹ est viuos & mortuos: vt cōferas postquam transcripseris: & emendes illum ad exemplar: vnde scripsisti diligētissime: hāc quoq; obtesta

Aliud obiectum.

Arius.

Ireneus.

tionem quā facio: similiter facias: & trāfferas: vt inuenisti in exem-
plari. Hanc eādem atq; eisdem verbis vsurpauit Prosper ille aqui-
tanicus: atq; emēdatiōi quam fecit in eusebii Cēsariēsis chronicon
præposuit. Tale aliquid est quod Ioānes Apostolus idēq; Euange-
lista in calce Apocalypsis scribit, Contestor (inquit) omnia audiēti
verba pphetiæ huius libri: si quis apposuerit ad hæc: apponet su-
per eum deus plagas scriptas quæ sunt in libro isto. Et si quis dimi-
nuerit de verbis libri prophetiæ huius: auferet deus partē eius de
ligno vitæ: & de ciuitate sancta. Nam obiter castigādus emēdan-
dusq; est locus in oībus libris recentiorib⁹ vitiat⁹: qui p eo quod
in græco atq; in omnib⁹ vetustis codicibus habet ligno vitæ: in re-
centioribus mēdose scriptū est libro vitæ. Lignū autē hoc in loco;
atq; alijs cōpluribus in locis scripturæ sacræ p arbore positū est ex
idiomate sermonis hebraici: cum appellatiōe lignorū materia tā-
tum significetur siue ad fabricam: siue ad ignis alimēta pertinētia.
Sed quorsum hæ sanctorū cōtestationes pertineant: nemo est qui
non intelligat: præter illos qui vt Psalmographus ait, Obfirmaue-
rūt sibi sermonē nequā: & qui (vt inquit Horati⁹) nō possunt que
imberbes dediscere senes perdenda fateri. Quod si apponētibus
aliquid aut detrahētib⁹ tot diras execratiōesq; Apostolus impre-
catur: non ne grāde præmium manebit offendices extricantibus,
ænigmata soluētibus tenebrofa elucubrātibus? An non illud qd
in ecclesiastico pmittit: qui elucidāt me (inquit) vitā æternā habe-
būt. Et si verū est Horatianū illud in arte poetica: quod senex est
laudator tēporis acti se puero: atq; vsq; ad reprehensionē amator
antiquitatis: quid mōstro similius excogitari pōt: quā vt senes in
uestigādæ veritatis causa ad novos codices cōfugiant: & iuuenes
volumina antiqua rimētur: vt inde veritatē elicitāt. In quæstione
illa immortalis de cōceptu virginis deiparæ: in qua se isti tā diu tor-
serūt: & adhuc sub iudice lis est; Frāncisci p causæ suæ defensiōe tes-
tes vndiq; citāt: inter quos Nicolaū suū. Is exponēs illud apli: oēs
in Adā peccauerūt: præter Christū (inqt) & beatā Virgine. At qui
dicūt isti in codicib⁹ antiq; Nicolai tātū legi præter xpm: ab aduer-
sarijs vero sup inductū esse illud & beatā Virgine id qd & in alijs
locis factitatū querunt. Licet igit his in reb⁹ dubijs: & quas deus
reposuit in sinu maiestatis suæ: mutuari testimonia ex librorū vetu-
state: & mihi nō licebit i reb⁹ pbabilib⁹: & que via rōnis iuestigari
possunt opē ab antiptate petere: & qb⁹ artib⁹ ipsi alios cape volūt

Prosper.

Ioannes
apo. xxi.Psal. xlii.
Horati⁹.

Ecc. xxv

Horati⁹

Nicolaus
Apostol.

NEBRISSENSIS.

Aliud ob
iectum.

ipso capere: & quod egregius versificator dicit: sic ars arte delu-
datur: Atqui inquit: etiam si sacri codices essent castigandi: nō
licere tamē: non solū mihi homini ad sacras litteras nō initiato; ve-
rum etiā neq; ipsis in Theologia Doctorib; & magistris id facere
citra summi Pōtificis autoritatē; immo & cōcilij generalis. Et ego
quidē fateor ita debere fieri: sed ijs tantū; quę ad fidē scitacq; religio-
nis pertinēt. Nam & laicis de fide disputare noiātū interdicitū est;
Quid; etiā neq; de orthographia licebit Antonio Nebrissensi di-
sputare: cū liceat eis tertū quodque verbū falsa scriptiōe corrūpe-
re: nō de accētū pręceptiōes dare ijs: qui artis rōne destituti: quo-
cūq; illos fortuna impegit; ferūtur pręcipites: nō verbor; sensus
abstrusos & recōditos in lucē eruēre: An non hęc est grāmatics
materia circa quā sola versatur: An si eiusmodi rebus alicui alteri
disciplinę opus est: nō ne ab hac vna mutuari oportet: Nisi forte
ad Gregorianū illud cōfugere volūt: sacras litteras nō esse subie-
ctas regulis Donati. Perniciosum sane documētum: si ita intelligen-
tur: vt illi volūt. Nam & si ea est grāmatics vis & facultas; vt supe-
riorib; disciplinis ancilletur; qua tamē de litteris; de syllabis; de di-
ctiōib; de partiū orōnis cōtextu disputat; superior est: atq; illis im-
perat dñaturq;. Pulchre Diogenes ille cynic; q; venūdāt Xenia/
di cōepit recenti dño viuēdi pręcepta tradere. Indignantī vero illi
se a seruo vlla de re admoneri; dixit. Si ego medicus tu vero ægro-
tus esses; nonne mihi obtēperares; vt a morbo incolumis euade-
res: Quod si rursus ego nauis gubernandę perit; essem: tu vero
ignarus; nō mihi obsequeris: vt ex naufragio vterq; nostrū in
portū perueniret: Hęc seruus dño: hęc ego infimę artis p̄fessor
cūctis edico: plærosq; oēs circa rem litterariā ægrotare: atq; in hac
nauicula qua vehimur per hoc mare magnū & spaciosum: oēs
errabundos huc atq; illuc iactari: atq; vtroscq; egere: illos medico:
hos vero gubernatore aliquo non imperito: quibus pareant ob-
temperentq;: etiam si principes: etiā si Reges: etiā si Imperatores:
etiam si Pontifices. Neq; dedignari debēt infimę artis opifici pare-
re: qm̄ eligit deus infirma mundi huius: vt fortissima quęq; cōfun-
deret. & abscondit hęc sapientibus ac prudentibus; & reuelabit
ea paruulis: qm̄ ex ore infantū & lactētium perfecisti laudē ppter
Aristo. i. inimicos tuos. Itaq; non quis dicat; sed quid dicat cōsiderādum est;
ethi. atq; cui libet in arte sua credendum. Nam quod ad Pontificis auto-
ritatem attinet; cotidie in Cathedralicis Ecclesiis creat; vel inde

Gregoris
Donatus

Diogenes.

Psal. c. iij.

1. Cor. i.

Matth. x.

Psal. viij.

Aristo. i.

ethi.

Aliud ob
iectum.

mortuorum locum sufficit scholarum magistros; quibus impartitur munus ecclesiasticos libros emendandi, ego quoque ipse apostolicae sedis autoritate sum factus ingenuarum artium magister; atque perinde grammaticae artis in Salmaticensi gymnasio cathedrari concessa facultate de rebus ad professionem meam pertinentibus disputandi, differendi; discernendi; ac diiudicandi. Neque potest quis iurisdictionis meae ita terminos coercere; ut non possim discurrere per reliquas omnes artes & scientias; non ut transfuga; sed tanquam explorator rerum; quae illic gerantur; & si quid fuerit; quod in censuram meam cadat; castigem illud corrigam; & emendem. Neque enim fieri potest; ut non in sua cuiusque disciplina deprehendam aliquid; quod ipse turpiter ignoret; ego pulcherrime intelligam. Sunt tamen complures; qui hanc litterarum disquisitionem non multifaciant; eamque disputationem de lana caprina esse contentant; novos vero atque ipsis in auditos vocabulorum significat omnino excludant in illis praecipue locis; ubi doctores alios sensus accommodarunt. Sed quaero ab istis an magis credendum sit in hac parte septuaginta; qui eo tempore ex hebraeo in graecum sermonem interpretati sunt; quo utraque lingua vigeat; cuiusque (ut omnes fatentur) doctissimi; magis Aquile, Symmacho, Theodocioni; Luciano martyri; magis Hieronymo trium linguarum viro eruditissimo; quam Nicolao, Hugoni, Papiam, Mamotreto, reliquisque omnibus neotericis autem ac latina dormiebat; Nam hebraeos nihil moror; qui & ipsi multa ex codicibus sacris ignorabant; neque poterant latinis in hac aegestate laborantibus opem ferre. Quid igitur mirandum est; si quae temporibus illis erant omnibus nota; aetate nostra ignorentur. Ignorant autem aut ingenue fatentur; se nescire quid illud sit de quo agitur; aut aliud pro alio accipientes; aut simulantes se scire; quod nesciunt. Haec autem sunt de rebus; aut natura constantibus; aut arte aliqua fabrefactis, veluti ex animalibus quid sit onocrotalus; quid porphyrio. Ex plantis; quid cyprus; quid gith; & cur seritur cum cymino. De metallis; quid onyx; quid stibiū, & ex rebus quae in sublimi videtur, quid arctur; quid castores siue dioscori. Et ex iis quae fiunt ab homine; quid plumata siue polymita siue scutulata vestis. Iam vero locorum & personarum nominibus ignotis pleni sunt sacrarum litterarum codices; quarum rerum omnium noticiam adesse oportet; non solum curiosis; verum etiam sacros codices veluti a limine salutantibus. Vnde Augustinus in libro sepe memorato rerum (inquit) ignorantia facit obscuras figuratas locutiones;

Aliud obiectum;

Interpretes.

Neotericis.

Augusti.

NEBRISSENSIS.

cum ignoramus vel animantium vel lapidum, vel herbarum naturas, aliarumve rerum quae plerumque in scripturis gratia similitudinis alii cuius ponuntur. At qui dicet quispiam istarum rerum cognitio aliunde nobis facile constare potest; ne te putes nobis verba dare, atque vetera pro novis cudere. Immo vero quod sine arrogancia dictum velim non haec ab alijs; atque a me ipso haec haberi possunt: qui meo iure possum vindicare: quod vigilijs; atque laboribus meis sum affecutus. Nam qui de rerum natura; deque eiusmodi rebus scripserunt: partim sunt antiqui: partim novi. Veteres illi ita scribebant quasi de rebus notis; atque etiam vulgo imperito manifestis. Nostri vero temporis scriptores: ita loquuntur non ut qui res ipsas viderint aut experti sint: sed tamquam qui antiquorum scripta legerint: ac plerumque non intellexerint. Nos vero res ipsas quasi oculis videndas; manibusque tractandas obiecimur. Neque ad hoc munus incosulti; aut temere accessimus; sed moniti consilio & autoritate clarissimi; atque proinde sanctissimi viri cuius testimonio toties utimur Augustini; qui mihi haec provincia quodammodo his verbis delegavit. Ut non sint (inquit) necesse christiano in multis propter pauca laborare: sic video posse fieri, si quidem eorum qui possunt benignam sanam operam fraternae utilitati delectet impedire: ut quoscumque locos terrarum, vel animalia, vel herbas; atque arbores & gemas, vel metallum incognita: speciesque quaslibet quasi scriptura commemorat: ea generatim digerens sola exposita litteris mandet. Quomodo igitur omnium de tu me prohibes facere: ad quod faciendum Augustinus hortatur. Sed dicunt rursus: ex significato illo siue vero siue falso iam doctores expresserunt alios sensus partim mysticos partim morales. Quid alij fecerunt: ipsi viderint: non meo periculo: sed suo id fecerunt. Nos quod autor sacrae scripturae; atque proinde utriusque testamenti spiritus sanctus per os prophetarum; atque apostolorum locutus est: ex ipsorum verbis interpretamur: optimis autoribus freti: quos isti nunquam legerunt: sed nescio quos ebrardos, mamotretos, papias, huguiones; atque alia (ut inquit Poeta) nostris nomina duriora terris. Reliquum est: ut brevis ad id quod de scandalo istius obijciunt: respondeamus. Nam eo confugiunt: cum se vident vndique circum ventos. Sed quero primum ab illis: qui non sunt isti quos nostra offendunt studia; doctrine: an indocti: an potius qui cum non sint, se doctos esse putant. Non quidem docti: quoniam iisdem illi rationibus moverentur: quibus & nos mouemur. Non indocti: quia illi & cupiunt scire: & non dedignantur a peritioribus erudiri. At qui restat genus illud tertium de quibus Plato scripsit, Ultimus iniuriam cu-

mulus est: cum sis malus & indoctus: velle bonus & sapiēs videri.
 Ii sunt qui curios simulāt: & bacchanalia viuūt: qui ambulant in Iuuenal.
 stolis: & amāt primas cathedras in synagogis & primos accubitus Luce. xx.
 in cōuiujs: qui excolāt culicē camelū vero deglutiūt. Quib⁹ ego
 nihil recuso fieri scādālū: quādo quidē & saluator noster phariseis
 scādalum fuit. Nos inquit Paulus predicam⁹ Christū crucifixū iudeis
 scādalum: gētibus autē stulticiā: & quod de illo Simeō iustus i. Cor. i.
 erat vaticinat⁹. Ecce hic positus est in ruinā: & in resurrectionē mul Luce. i.
 torz in Israel. Quod si necesse est: vt scādala veniāt: & scādalizanti Mat. xxij.
 bus saluator noster grāde malū interminat: nō id quidē ad Phari-
 sæoz scādalum pertinet: quib⁹ ipse scādalum fuit. Neq; vereor: vt
 pusilli in me scādalizent: sed illitātum: qui liuore torquētur: qui in-
 uidia rumpunt: qui quod se cōsequi posse desperant: carpūt: rodūt:
 detestāturq;. Nam quod de Iudæis in Christo nuper regeneratis. Aliud ob-
 isti dicūt: a quo magis scādalizabūtur: a me qui aut illos doceo: au iectum.
 illi me docēt: aut vtriq; idem sentim⁹ in ijs: quę dogmati nostro nō
 repugnāt: an ab istis qui tertio quoq; verbo a nobis dissentiūt: neq;
 possunt reddere causas tātæ varietatis: Vnū dissentiēdi genus est:
 cū septuaginta ex quadā ignota nobis causa ab hebraica veritate
 discesserūt: quib⁹ in locis quātūcūq; lectio discordare videat: sensus
 tamē vterq; verus est: quoniā vtrūq; ecclesia recepit: receptūq; p-
 bauit. Nam quis errasse illos dicere audeat: qui (vt August ait) tan- August.
 ta spūs sancti præsentia interpretati esse dicunt: vt vnum os tot ho-
 minum fuerit. illius verba ex volumine sepe memorato sunt. Et si
 aliqd inquit in hebreis exemplarib⁹ aliter inuenit: quā isti posuerūt
 cedēdum esse arbitror diuinæ dispēsationi: quæ per eos facta est: vt
 libri quos gens iudæa cæteris populis: vel religiōe: vel inuidia pde-
 re nolebat: credituris in dñm gētibus ministri Regis Ptolomæi po-
 testate tāto ante pderētur. Itaq; fieri pōt: vt sic illi interpretati sint:
 quēadmodum cōgruere gentib⁹ ille qui eos agebat: & qui os om-
 nib⁹ vnū fecerat: spūs sc̄tus indicauit. Hæc Augustini verba eo per-
 tinēt: vt septuaginta interpretū autoritatē euangelicę maiestati ex-
 æquare velint: in qua opinione ipse solus est: cū alij oēs atq; impri-
 mis Hieronymus compluribus in locis illos errasse cōuincat: atq;
 ex ignorātia multos locos pperā trāstulisse. Non est tamē nostrū
 inter tantos autores tantas cōponere lites. Fieri nāq; pōt: vt vtriq;
 se optimis rōnibus defendāt: cū præsertim litteræ sacrę sub iisdem

NEBRISSENSIS APOLOGIA.

verbis; atq; sub eodē orōnis cōtextu plures sensus nō modo figu-
 ratos verū etiā litterales recipiant. Nam qđ ab alijs scriptorib⁹ am-
 phibologicos dicūt; nisi ex industria id fiat; vitiosum est; & qđ qđq;
 minus pprie dicit; magis obnoxiiū varijs sensib⁹ relinquit. At vero
 sacræ litteræ: qđ spiritu diuino fœcūde sunt; hoc singulare habēt;
 quod sub iisdē verbis res plures; & rursus res ipse; res alias signifi-
 cāt. Ex quo fieri potuit; vt alius interpretes aliud sit secut⁹; & que no-
 bis discordare vident^r; minime sint discordia; sed idē aut sibi nō re-
 pugnantia designēt. Sed de interpretū diuersitate alias plurib⁹; nūc
 Hierony. aut de vni⁹ tantū interpretis hoc est Hieronymi simplici interpre-
 tatione laboram⁹; vt qđ librariorū negligentia deprauatū est; suę in-
 tergritati referat. Idq; partim fecim⁹ ptim facturū sum⁹ cōferēdo re-
 cētiores codices cū vetustatis adorādæ codicib⁹ latinis; q; facile ostē-
 dūt; quid Hieronymus nobis scriptū reliquerit; si modo cōsentit;
 aut nō discordat ab eo qđ in hebræis græcisq; voluminibus habe-
 tur; atq; in eo laborare; velim ab istis edoceri qđ hæreseos gen⁹ sit.
 Nā neq; hereticū qđ cōtinet; neq; hæresim sapit; neq; verborū in or-
 dinatiōe pōt heresis; sed neq; hereseos nulla suspicio inferri. Quid^r
 quod parati sumus ecclesię Romanæ; atq; p inde illius administris
 obtēperare; & si ē republica christiana est; quicquid scripsimus lin-
 Iuuenal. gua delere; aut more ad arā lugdunensem certantiū si displicui in-
 pximū flumen cū scriptis meis demergi; ne quis putet nos ea esse
 puicatia siue obstinatione; vt nō cedamus apostolicis iussionibus
 atq; decretis. Interim vero nescio qđ me pibeat ijs de reb⁹ inqu-
 rere; atq; alios ad illud ipm faciendū exhortari; & in hac vna cogi-
 tatione supremū spūm effundere. An nō hæc meli⁹ q; disputare
 ridiculā illā quæstionē vtrū quiditates Scoti trāseuntes p latera pū-
 cti possint implere vētrē chimere; quā in ceratinis crocodilinis &
 chryssippi aceruis vsari; q; de stillicidijs & aqua pluuiā arcēda & hu-
 iusmodi nugis differere. Vos igit̄ o clarissima mūdi lumina; teq;
 Conclu- imprimis Pater optime hispanæ reip. columē; quē nō fors aliqua
 sio. sed diuina quædā pudentia dedit mihi amplificatorē; testē; iudicē;
 obsecro accurrite; succurrite; ferte suppetias rei litterariæ labenti
 eiusq; patrociniū suscipite; antea quā funditus intereat. fauete in-
 genijs. reuocate superos duo illa religiōis nr̄i lumina extincta grę-
 cā hebraicāq; linguā. pponite præmia in ea re laborātib⁹. interpel-
 Iuuenal. latores vero vltra saurobatas extremosq; hoīm morinos & gara-
 Vergil. mantas abigite.

FINIS.

AELII ANTONII

NEBRISSENSIS EX GRAMMA

tico rhetoris; atq; Regij historici in quinquaginta sa-
crae scripturae locos. Ad per quam Reueren-

dum in christo Iesu patrem ac clemētissi-

mum dominum Do. Fratrem Fran-

ciscum Ximenez. S. R. E. Car-

dinalē Hispanū Archiepi-

scopum Toletanum

atq; Hispaniarū

Mystar-


chen.



Mnes vigiliae meae Pater amplissime quas ab hinc
decēnio sacris litteris impēdi; eo spectare videtur:
vt aut quo dam locos librariorum negligentia vi-
tiosos emacularem; aut quorūdam verborū recon-
ditos sensus in lucem eruerem. Sed cum mihi supe-
rior censura vocem interclusisset; ne quicquā hisce
rem hīs de rebus; quae sunt a me multis laboribus excogitatae; obtē-
peravi tamē apostolicis iussionibus; meq; ipsum repressi expectās
tempus in quo possem animi mei sententiam libere testari. & ecce
quod optanti diuum promittere nemo auderet; voluenda dies en-
attulit vltro. Licet nāq; sub te o maxime religionis nostrae censor
vti libertate; quid quisq; sentiat dicendi; dum modo id suo periculo
agat; vt conuinctus temeritatis suae poenas luat; & victor ex inuen-
tis laudem reportet. Sed cum anno superiori Salmanticae interpra-
dendum recitarem Amplitudini tuae quasdam in certos sacrae scri-
pturae locos annotationes meas; exrenidenti vultu atq; fautore tuo
assensu facile perspexi; quā grata illi essent in hac parte studia mea.
Quin & insuper si es memor; idētidem admonuisti me; ne sinerē
subcesiuas illas observationes mea interire. Itaq; nō existimo; quae
tuo grauissimo iudicio tunc videbantur probanda; nunc vt repro-

B

bes: nisi forte tunc quasi priuatus auditor mihi blandiebaris: nunc
vero quasi publicus cēfor aliud decernis. Libet itaq; ad Apologiā
illam in qua te iudice editico ac nuncupato criminatores meos re
spondi: addere quinquaginta locos nō vulgariter expositos: quos
ex impressione propagatos velut ex arce quadam tua mihi ad hoc
munus tradita per omnes Hispanias quasi præcursores metatoresq;
vel potius excubias siue exploratores dimisi: vt ex illorum primo
cum hostibus concursu captarem auspicia: cum fuerit mihi
hi toto exercitu: atq; omnibus copijs dimicandum;
qualis sit futurus totius pugnae euentus. Neq;
enim dubito quin meliorib; auspicijs ad me
redeant: quā pentacontarchæ illi duo
missi ab Ochozia rege israel ad
Eliā thesbiten; quos ignis
de cœlo descēdens
absumpsit.



MAELII ANTONII NEBRISS. TERTIA

Quinquagena incipitur. Arceuthina &
thina ligna quæ sunt,



In secundo paralipomenon volumine. Cap. ij. vulgo legitur: sed & ligna cedrina & arcentina & pinea mitte mihi. antiqui codices habent; sed & ligna cedrina & cupressina & archeutina & pinea mitte mihi. sed ei quod est pinea in hebræo nihil respondet. Pro eo vero quod in omnibus prope libris lati-

I Arceuthi
na nō ar
centina
Thinalis
gna

nis legitur archētina; suspicamur debere scribi arceuthina, sed neutrum quid sit enarratores dicunt. Quicūq; tamē ille fuit qui dictiones sacræ scripturæ in ordinem alphabetariū redegit: videtur habuisse codicem in quo pro arceuthina: thina tātum legeretur. sed ex eo nihiloplus intelligas: quod ligni genus illud sit. Nos vero electionem verā esse asseueramus arceuthina; id quod in codicibus antiquis & recētoribus legitur: vna tātum littera aspirata ex penultima in tertiā a fine syllabā reiecta; cum alioqui archeutina sit nihilū verbum. Sed an thina in eo loco possit legi: postea disputabit. Nūc vero arceuthina materia quæ sit inuestigem⁹: & ante templorū constructionis cōueniat. Arceuthos græce latine interpretatur iuniperus. Inde est archeutin⁹. a. um. ea forma qua a cedro cedrinus: a cypressino cypressinus inflectitur. Atqui iuniperi materia quæ admodū & cedri ppter ea quod carie non sentit, nec teredini obnoxia est: templorum ædificiis accommodari consuevit. Autor est Theophrastus Vitruui⁹ libris de Architectura. & Plini⁹ lib. xvi. naturalis historiarū: qui narrat duo fuisse tēpla clarissima alterū Vtica in Aphrica sacrum apollini: vbi cedrorū trabes suo tēpore durabāt: ita vt positæ fuere a prima vrbs origine annis mille circiter ducētis. Alterū in hispania sacrum dianæ azacyntho adnectæ cum cōductoribus anno ducētissimo ante excidiū troiæ; cui pepercit hānibal religione inductus: iuniperi trabibus adhuc sua ætate durantibus. Iam vero inter excidiū Troiæ & Plini⁹ ætatē non multo pauciores quā mille quadringenti anni intercedūt; quibus si addas ducētos: fiunt sexcenti supra mille annos. Itaq; non sine causa hæc duo potissimū genera materiæ petit Salomō ab Hiramō tyriorum rege ad templi quod domino edificaturus erat cōstructionē. Sed peculiariter Theophrastus lib. i. de stirpibus scribit: vtiliorem esse iuniperū ad

Arceus
thos qd
Iuniper⁹
cariem
nō sentit.

B ij

Arazim. rem edificatoriam: tum subdiale: tum obruendā sub terra, durat
Berosim. enim (vt dicit) immunis putredine. Sed cum Hieronym⁹ recte sit
Algumī. interpretat⁹ arazim in cedrina: recte quoq; berosim in cypressina:
 videamus an recte verterit in arceuthina algumim, siue almugim:
 nam vtrūq; legitur ex illorū consuetudine: qui plerūq; litteras &
 syllabas inuertūt. Quod si recte interpretat⁹ est hoc in loco: per-
 peram in iij. Regū cap. x. trāstulit. Sed & classis (inquit) Hiram
 attulit ex ophir ligna thina multa nimis: fecitq; Rex de lignis thi-
 nis pulchra domus domini, & paulo post, non sunt allata huiusmo-
 di ligna thina: neq; visa vsq; in præsensem diem. Huius quoq; ma-
 teriæ meminit Ioānes in apocalypsicā, xvij. Omne inquit lignū
 thinum & omnia vasa eboris. &c. Aut igitur in alterutro loco men-
 dum est librariorum: aut in paralipomenis speciem pro genere po-
 suit, in tertio regum ipsum tātum genus lignorum. Sunt autem
 ligna thina quæ odorē optimum spirant qualis est cedrus, cypres-
 sus, & de quo nūc agitur iuniperus: qua nulla est arbor odoratio-
 r. **Thina ā** dicta thina a thinoō verbo græco quod est odorem emitto. Est ta-
thinoō. mē quædam ratio quæ nobis persuadere possit algumim non esse
 arceuthon: hoc est iuniperū: quod pro iunipero hebræi vocabulū
 habēt proprium. s. rothem, vt in. iij. Regū volumine, cap. ix. Cum
 venisset (inquit) Helias: & sedisset subter vnam iuniperū, & paulo
 post & dormiuit in vmbra iuniperi. quib⁹ in locis rothem legitur.
Rho tem Eodem nomine fuit vna ex duabus & quadraginta mansionibus:
Aferoth. de quibus in libro numerorū cap. xxxiij. de aferoth (inquit) vene-
Rethma. runt in rethma, profectiq; de rethma castrametati sunt in remon-
Remon phares, nam rothem & ræthma ex eadem origine idem significāt:
phares. hoc est iuniperum: solac; bābitudine differūt. Hieronymus in epi-
 stola ad Fabiolam de quintadecima mansione, rethma inquit transfertur
 in iuniperum: hoc est arceuthon. Idem quoq; autor in trāfla-
 tione iuxta bæbraicā veritatē in psalmo. cxix. pro eo quod nos
 ex æditione Luciani martyris habemus. Sagitte potentis acutæ cū
Retamī. carbonibus desolatorijs: ipse cum carbonibus iuniperorum inter-
 pretatus est: pro eo quod in hebræo retamim habetur. Sed quod re-
 tamim ab eo quod est rothem siue rethma inclinetur: nemo mirari
 debet: cum hebræi huiusmodi in flexionibus plerūq; vtantur.

Artemon quid.

II



Vcas in apostolica historia describēs tempestatem illam qua Paulus apostolus fuit in mari deprehēsus leuato inqt artemone secundū auræ flatum tendebat ad litt⁹. Artemonē oēs interpretant veli quoddam genus esse: idē videtur ordinis contextus insinuare: sed nullo autore probāt. Vitruuius certe in libro de architectura, x. trocleam esse dicit ad subleuāda onera excogitatam. Immo vero machinā quæ tres habeat trocleas quod latinum esse vocabulū his verbis ostendit. In radice (inquit) machinæ collocatur tertia troclea, eam græci epagonta nostri artemonē appellant. Isidorus dictionē esse græcam male putat: cum per, th. aspiratum debere scribi præcipit. Nulla enim dictio latina per, th. scribi potest: sed neq; per aliquam aliam consonantem aspiratam. Nec obstat quod Lucas in græco eo vocabulo utit. Nam & græci multa vocabula cum ipsis rebus a romanis acceperūt: neq; id tantum nominib⁹ proprijs sed etiam appellatiuis, quod licet videre in Dioscoride, Galeno, Paulo Aeginita, Plutarcho, Strabone alijsq; Romanarū rerum scriptorib⁹. Quid: quod illi qui cum Paulo uehebātur magna ex parte Romanierāt; atq; etiam nauis ipsa forte Romana: vt credibile sit illos Romane fuisse locutos: & Lucā vocabulo romano vsum. Meminit artemonis iabolen⁹ libro ultimo digestorū in titulo qui est de verborū significat. l. malum. Malum (inquit) nauis esse partem: artemonem non esse: labeo ait.

Artemō
quid,

Epagōta.

Azotus pro asdod.

III.



Trantur hebræi neq; possunt reperire quēquā; qui possit causam reddere cur septuaginta primum interpretes: atq; deinceps illi qui sacra scripturā interpretati sunt: quasdā litteras in alias quæ videbātur multū dispares immutarint: vt quod apud illos legitur asdod. per, s d. litteras: quæ est ciuitas palestinae nobilissima: cuiusq; sacra scriptura toties meminit: qd venit in mentem nō modo ipsis interpretib⁹ verū etiā sæcularū litterarū scriptoribus vt pasdod azoton: hoc est, s d. in, z. mutarēt. Atq; ecōtrario pro eo quod illi habēt Ezras quo noie fuit nominatissim⁹ illæ scriba legis per, z. litterā: ipi Esdras per, s d. interpretētur, aut quid simile habēt, s d. cum, z. aut, z. cum, s d. vt alterutræ pro alteris ponerētur. Atqui si reduxerimus ad memoriā quod in libello de potesta

Azot⁹ p
asdon.Ezras.
Esdras:
s d. p. z.
z. pro s d.

B iij

te litterarum scripsimus omnis: causa dubitandi fuerit sublata. Dicebamus ex graecorum autoritate quibus, z, littera cum hebreis communis est: hanc litteram compositam esse ex, s, d, atque in pronuntiatione tantumdem pollere. Quem vero sonum littera per se habeat illic ostendimus: neque enim is est quem testatis nostrae homines graeci & latini putant & qui a vulgo profertur: sed alius multum dissimilis ad, z, litterae sonum proxime accedens. Quid igitur mendaci si eiusdem potestatis litterae aliae in alias mutatae sunt? Quamquam non potuisse nec debuisse fieri in eodem opere est a nobis disputatum cum de, x, littera differeremus: quod apud hebraeos quoties duae consonantes inter duas vocales obuenerint prior ad praecedentem: ad sequentem posterior pertinet: quare priori apicem seba supponunt: ut illud ipsum ostendant. At qui si azotus per, z, scribatur manifestum est totam illius vim sequenti vocali incubere: cum apud hebraeos diuisa sit, & si rursus ezras. per, s, d, scribatur ex ordine consonantium apud graecos & latinos, s, d, ad syllabam sequentem pertinebunt.

Aurichalcum. III.

Aurichalcum.
Orichalcum.



Chalcolibanum.

Chalceon

Th9 adulterinum.

Thus optimum qui deferretur ex Arabia.

Napocalypsi Ioannis Cap. i. legitur. Et pedes eius similis aurichalco sicut in camino ardenti. Sed antequam de aurichalco siue orichalco differat de translationis puritate disputandum est. Nam in graeco non orichalcum sed chalcolibanos habet, quod uerbum ex uerbo latine ualet aereum siue masculum thus. Sic enim apud graecos chalceon pro masculo & forti accipitur: quemadmodum apud latinos aereus siue aeneus siue aenea, ut apud Horatium in. iij. car. inclusam danaen turris aenea, & apud eundem in pri. Episto. Hic murus aeneus esto. Nil conscire sibi nulla palefcere culpa. Quod uero thus sit potius intelligendum quam orichalcum satis ostendit quod subdit. sicut in camino ardenti. ac si dicat quasi thus in igne. Thus autem accipere debemus non hoc nostrum adulterinum quod spirat furdum nescio quid turbidumque sed quod afferunt nunc in Hispaniam ex arabia sabaea atque carmania. Id enim igni impositum cum sua uolentia puras atque fumo defecatas corrumpit flamas. Hinc apud Orpheum in hymnis frequens est titulus chalcolibanos in apollinem in Latona aliosque deos. i. masculum thus siue masculum lithuris sacrificium: quemadmodum apud Vergilium in bucolicis legimus Verbenasque adole pingues & mascula thura. Cur uero interpres ex chalcolibano orichalcum uerterit: illam suspicor fuisse causam: quod

cum libanus duo significet lachrymā ex virgathurea & montem phœnices atq; decapolitanae regiōis cōmunē ex chalcos qđ est æs & oros mōs orichalcū est interpretat⁹: ac si diceret æs mōtanū. Nā quod vulgo dicitur aurichalcū nulla rōne defendi pōt: tum ex illo principio omniū cōsensu recepto nō solere fieri cōpositionē ex latino & græco: tum etiā autoritate & rōne. Ratio aut̄ illa nimirū est quod in carmine semp̄ reperit̄ prima breuis. Vergili⁹. xij. æneid. Alboq; orichalco circūdat loricā. Horatius quoq; in poëtica. tibia non vt nūc orichalcū iūcta tubæq; æmula. Aurichalcum vero nō posse dici. Sextus festus Pōpeius autor est. Aurichalcū (inquit) quidam putauerūt cōpositū ab ære & auro. Sane vero orichalcū dicitur qđ in mōtosis locis inuenit̄. mons etenim græce oros appellat̄. Quam rationē secut⁹ interpret̄ orichalcū siue aurichalcū posuit p̄ masculino thure: respiciēs alterā videlicet libani significationē: hoc est mōtis syriæ palestinae. Post huius obseruatiōis meae adnotationem cum ad curiā regiā proficiscerer diuertī paululū ab itinere vt Ioannē fonsēcā Pallantinū episcopū obiter salutarē: qui eo tempe Pallantię morabat̄. Cumq; more meo illius vrbis bibliothecas excuterem: lustrarēq; cœnobiū diui Pauli qđ a fratribus dñicis habitatur: incidī in vetustatis adorādæ cōmentarios super apocalypsim Ioānis ab incerto quodā autore scriptos: in quibus huiusmodi erat lectio: & pedes eius similes aurichalco libani. Quæ verba in ipsius autoris expositione iterū atq; iterū repetūtur. Interpretaturq; libanū in albedinē: cū a sensu litterali discedit. Sed bone Iesu quāta est veritatis vis: quę quāq; vndiq; labefactetur: semp̄ tamē relinqt sui vestigia & quasi ansas quasdā per quas ad illius inquisitionē demonstratiōēq; perueniri possit. Nā quis ex lectiōe illa nō videt ab interprete locū illū sic principio fuisse conuersum. & pedes ei⁹ similes chalcolibano. i. masculino thuri. deinde ab ignorātia librariorū adiectum fuisse auri & detractū libano: siue libani: quod habet lectio codicis vetustū: tãetsi vitiose scripta pro libano: Nisi quis malitimpertitiæ arguere interpretē: qui cum libanus duas (vt dixim⁹) habeat significationes: hoc est thuris lachrymarū & mōtem palestinae: relicto sensu quem autor intelligebat: alterū male cohærētem elegerit in hunc modū vertēs. Et pedes eius similes chalco. i. aeri libani. i. ex monte illo palestinae cōflato. Atqui gręci in ijs commentationibus (quas nobis videre cōtiguit omes) exponūt chalcolibanon pro arsenlibano siue arrenlibano. i. pro masculino thure.

Libanus
duo signi
ficat.Chalcos.
Oros.Aurichal
cum non
posse dici

Arsenlibano.

Arrenlibano.

Bethsai-
da pro be-
thesda.



Probati-
ca septu-
ouile.

Probato
ouis.

Bethesda
dom⁹ ef-
fusionis.

Esda.

Afdod.

Azotus.

Ro eo quod in Ioanne cap. v. nos habemus. Ex autem Hierosolymis probatica piscina que cognominatur Hebraice Bethsaida: in greco Euangelista sic scripsit. Est autem hierosolymis in probatica: aut quemadmodum codex pallatinus: & alij habent super probatica, tunc interpungendo sequitur: piscina que cognominatur hebraice bethesda, ut sint apud latinos tria errata. Primum quod in prepositio est detracta, alterum quod probatica & piscina per inde videntur esse coniuncta ac si esset adiectiuum cum suo substantiuo: cum sint (ut diximus) interpungenda. Tertium quod pro bethesda legitur bethsaida. Est autem euangelistae sensus, quod hierosolymis in probatica: hoc est in septo siue ouili siue pecuario in quo pecudes cogebantur: ut inde distraherentur siue ad sacrificium siue ad lanienam est piscina: quae cognominatur hebraice bethesda. Itaque probatica substantiue accipitur ab eo quod est probaticus, a. um, quod probaton est ouis, ut sit haec probatica, a. mansio ouium: quemadmodum dicimus basilicam & regiam domum regis citra nominis substantiuu expressionem. Bethesda vero interpretatur domus effusionis: quoniam in eam piscinam confluebant aquae siue pluuiales siue ductiles. Esda namque & asdod: quo nomine prius fuit dicta quae postea sit cognominata Azotus ciuitas nobilissima palestinae: interpretatur effusio. Sunt autem ut Eusebius caesariensis atque diuus Hieronymus scribunt: in ea domo duo lacus: quorum vnus hibernis pluuijs adimpleri solet: alter mirum in mundum rubens quasi cruentis aquis antiqui in se operis signa testaturam (ut inquit) hostias in eo lauari solita tradunt. Atqui in .ij. Paralip. lib. cap. iij. vbi de templi edificatione agitur: non in lacu sed in cochis geneis lauari consueuisse hostias traditur. Fecit (inquit) Salomō cochas decem: & posuit quinque a dextris & quinque a sinistris: ut lauarent in eis omnia quae in holocaustum oblaturi erant. Sed credibile est post templi euersionem non in cochis illis quae a praefato regis assyriorum siue alterutro ex illis erant iam babylonem translatae: sed in piscina illa lauari solitas esse hostias. Neque enim in eo nunc laboramus: an in piscina lauari consuetum fuerit hostias immolandas, sed ut vendicaretur restituaturque in pristinam atque proinde veram scripturam locus ab incuria librorum vitiatum: qui nominis vicinitate decepti pro bethesda scriptitarunt Bethsaida. Cum sit

bethsaida Galileæ ciuitas prope genesareth stagnū; Petri Andree & Philippi apostolorū patria, interpreteturq; domus venationis, Bethsaida vero (vt dixim⁹) domus effusiōis, aquarū videlicet eo in fluētium. Quare illi qui piscinā bethsaidā domum venatiōis interpretātur dupliciter peccāt; & quod vitiatā lectionē nō agnoscūt & quod alieni noīs interpretationem sensui accōmodāt; quem ipsi fingūt; nō qui lectioni debetur.

Bethdagon. VI.



In primo regum volumine Cap. v legim⁹ his verbis, tulerūt philistim arcam dei; & intulerūt eam in tēplum dagon; & statuerūt eā iuxta dagon & quæ sequūtur. Cecidit autē bethdagon in fortē trib⁹ iuda vt colligit ex libro Iosue. Fuitq; in collimitio duarum tribuū Isaschar videlicet & Zabulon; vt in eo

dem volumine habetur. In primo præterea Machabeorū; intrauerūt (inquit) in bethdagon idolum suū vt ibi se liberarēt, sequitur templū dagon & oēs qui fugerant ad illud; Ionathā succendit igni. Qui hūc locum enarrauere; nihil aliud dicunt q̄ dagon ex lingua syrisca interpretari piscē, & bethdagon esse domū siue tēplū piscis; sed quis deorū apud indigenas ignorāt. Sed nos dicim⁹ dagon esse quæ sit alio noīe dercet⁹. Strabo, Plinius & Macrobius tum atharam tum atergatim eandē vocāt. Quātumq; coniectura possum⁹ assequi eadem est cognominata astarte, de qua in. iij. Regū volumine Cap. xi, Colebat (inquit) Salomon astarten deam sidoniorū. Sed de astarte alias. Nunc de derceto. Narrat Diodorus siculus in. iij. Bibliotheces libro; fuisse non lōge ab Ascalone vrbe Syriæ clarissima stagnū piscib⁹ refertū; atq; iuxta illud insigne tēplū Dercetus facie hoīs ac reliqua corpīs parte piscis effigie. Cuius figuræ causam hāc fuisse dicunt, Venerē vt adolescētis sacrificātis sibi gratificaretur; inieciſse animū derceto; vt illius voto ac precibus acquiesceret. Atq; deinde ex eorū congressu natā esse puellam; quæ postea sit cognominata Semiramis; quæ fuit coniux Nini assyriorū regis nominatissima; Nymphā vero & pudore admissi cōcubitus; iuuenem abegisse; & infantem in loca deuia atq; aspera exponēdam curasse; se vero in stagnū illud dedisse præcipitē; atq; ita in piscē (quali figura diximus) trāssformatā. Vnde & syrii piscibus nō vescunt quin potius illos quasi deos colunt. Templū vero quod illi deæ dicatum est; cuiusq; Diodorus meminit; id est; quod in sacris litteris;

Dagon.
Bethdagon.Dercetus
atharam
Atergatim.
Astarte.Dercetus
vnde dī.

Ascalon
Iamna.
Lida.
Dispolis.
Azotus.

appellatur Bethdagon, de quo Eusebius atq; Hieronymus in libro de topographia sacrae scripturae, dicunt fuisse prope ascalonem inter iamnam & lidam quae postea sit cognominata diospolis non longe ab azoto. Nam haec quattuor vrbes Palestinae iudeae intra ambitum quadraginta millium passuum continetur. Quod cum ex multis alijs sacrae scripturae locis; tum ex primo Machabeorum libro manifeste colligi potest. Succedit (inquit) Ionathas azotum; & mouit inde castra & applicuit ea ad ascalonem. Transmutationis autem Dercet in piscem; & illius filiae semiramidis in colubam, Ouidius in. iij. Metamorphoseos.

Incipit & dubitat de te babylonia narret
Derceti; quam versam squammis velantibus artus,
Stagna palestini credunt mutasse figuram;
Aut magis vt sumptis illius filia pennis
Extremos altis in turribus egerit annos.

Camelopardalis.

VII.

Camelo-
pardalis.



Camelus
Pardus.

In secunda lege; hoc est Deuteronomio ca. xiiij. inter animalia quorum esus hebraeis permittitur camelopardalim numerat, hoc est animal (inquit) quod comedere debetis, bouem, ouem, capram, & subdit camelopardalim. Sed cum inter animalia immunda camelus & pardus reponatur etiam ex genere; tum etiam nominatim camelopardalis quasi munda quadrupes esitanda illis proponitur; cum praesertim paulo post dicturi simus quod cornu agester; bifidam ungulam habeat; atq; ex consequenti altera parte dentata sit; ruminetq; & seuo pinguescat; quae omnia ad esse debent quadrupedi quae sit hebraeis vescenda. Quod vero dicitur camelopardalis; non ita accipiendum est; quod ex commestione duorum animalium diuersi generis sit propagata; vt quidam male interpretantur illud Horatii ex. ij. Epistolarum volumine. Diuersum confusa genus panthera camelo. Sed quod capite camelum, varietate colorum pardum siue pantheram praeseferat. Plinius lib. viij. ca. xvij. Camelorum (inquit) similitudo in duo transfertur animalia. Nabim aethiopes vocant collo similem equo; pedibus & cruribus boui, camelo capite; albis maculis rutilum colorem distinguuntibus; vnde camelopardalis dictatoris Caesaris circensibus ludis primum visa Roma. Ex eo subinde cernitur aspectu magis quam feritate conspicua, quare & ouis fere nomen inuenit, haec Plinius. Varro quoque de lin

Nabis fer-
ra est que
camelo
pardalis.

gualatina. Camelus (inquit) suo nomine Syriaco in latinum venit
 ut alexandria camelopardalis nuper adducta; quæ erat figura ut
 camelus; maculis ut panthera. hoc est pardalis; quæ enim nos pan- Pardalis
 theram; greci pardalim vocant. Panthera vero apud Aristotelē aliud Panthera
 est a pãthera siue pardali. De pãthere nãq; (theodoro interprete) Panthera
 pãther (inquit) hoc est lupus canari⁹ cæcos parit catulos luparum ri-
 tu numero cum plurimum quattuor. Galenus quoq; quidam
 (inquit) a deo bestiales sunt; ut leonum & pãtherarũ item canum
 & pantherum & vulpiũ carnibus vescantur. Pardus vero quod sit
 animal; aliubi dicitur. Nunc ad camelopardalim redeamus. Helio- Camelo
 dorus libro æthiopicon. x. scribit æthiopum regi ab auxomitarũ pardali
 legatis hæc feram dono datam. Postremo (inquit) accessere auxo- descrip-
 mitarum legati; & cum alia munera obtulerunt tum in primis ani- tio.
 mantem quam piam inusitata specie; naturaq; citius ad magnitu-
 dinem cameli proceritas. color pellisq; pantheris maculis veluti flo-
 rentibus variegata. postremã infra aluum partes humi subsidebant
 sicuti in leonibus videmus. humeri pedesq; priores atq; item pect⁹
 præter cæterorũ membrorũ rationem pccera. tenuis cervix & quæ
 de reliqua corporis mole in oloriũ collum se extenderet. Camelo
 caput simile. maior ipso pene duplo; quam libyssæ struthi. Substri-
 ctosq; velut oculos torue motas cõniuebat. incessus aut lōge ani-
 mātium cæterarũ terrestriũ; vel aquatiliũ dissimilis. Neq; em vicis-
 sitatim crura simul; sed dextra pariter de hinc sinistra vtracq; agita-
 bat. cūq; his suspensa pfererat latera tractu motuq; tã facili; ut eam
 quo vellet tenui capistro vertice deuincto veluti fortissimovinculo
 magister perduceret. Hęc (ut est cõspecta animas) omnẽ cõtinuo
 mulritudinẽ obstupescit. speciesq; nomẽ inuenit ex ijs quæ præ-
 cipua in corpore sit ut ex tempore eam populus camelopardalim
 appellaret. Dion quoq; & ipse autor græcus. xliij. Romanę histo- Camelo
 riæ libro cõsentanea verbis Pliniũ scribit. camelopardalim (inquit) pardalim
 prim⁹ Cæsar romã adduxit & populo ostēdit. Id animal cætera ca- prim⁹ ro-
 melus; crura aut inæqualia habet; posteriora prioribus magis bre- man Cæ-
 uia; ut a clunib⁹ attolli sensim quasi ascēdēti simile icipiat; corpusq; sar addu-
 reliquũ sublime admodũ crurib⁹ prioribus sustentat; sed cervix in xit.
 altitudinẽ pene peculiarẽ se tollit. colore ipso maculoso ceu panthe-
 ra; quo fit ut amborũ promiscuo vocabulo censeatur. Solinus præ-
 terea vbi de æthiopibus eadem propemodum quæ Plinius de ca-
 melopardali tradit. Iulius capitolinus in gordianorum vita scribit

Philippus primus
omniū xpianus
imperator.

Ovis fera

Girafa.

Philippum Cæsarem qui primus omniū Christianus fuit Imperator in ludis sæcularibus cum millesimū ab vrbe condita annū celebrauit decē camelopardalos populo spectādos exhibuit. Idem quoque tradit Gordianum seniorē inter cætera quæ in quæstura sua populo rapiēda concessit; centū oues feras exhibuisse. Cornua vero hanc beluam habere quod Plinius, Solinus, Varro, Heliodorus Dion atque alij siluerūt animaduertit Angelus politianus in girafa (sic em̄ vulgus camelopardalim appellat) quam Sultanus (id est egypti rex) misit dono Laurētio medicæ Florentinorū principi. Quod si cornua gestat; bifidaque est; vt Plinius scribit; merito ex genere munda- rum quadrupedū Moses hebræis mandēdam esse permittit.

CASTORES. VIII.

Castores



Nauigaturus Paulus apostolus ex in sula Melite in Sicilia; id quod in Apostolorū actibus, cap. xxviii, legitur. Codscēdit nauē Alexādrinam; cui erat insigne castorum; siue iouis filiorū, nam vtraque littera inuenitur; & vtraque respondet ei quod in græco legitur Dioscori. Quod vero Hugo Cardinalis legit castrorū; mēdum est manifestarium ab in scitia librariorū profectum; qui pro castorū, r. interiecta castrorū scriptitarūt. Quare illius friuolas expositiones omittamus. Fuerūt autem Dioscori castor & pollus dicta Zeus dios; quod est Iupiter Iouis; & coros puer siue filius, de quorum nomine mēsis quoque apud græcos est cognominatus; qui est fere apud nos Iunius, de quo in libro Machobeorum, ij. cap. xi. Anno inquit centesimo quadragesimo octauo mēsis dioscoron die, xxiii. Recta igitur interpretatio & que sit verbū ex verbo; quāque venerabilis Beda agnoscit legitque est iouis filiorū. Sed cū dioscori duo sint; hoc est castor & pollux; videam⁹ an recte sic interpretatus qui dioscoros vertit in castores. Videtur autē ex consuetudine loquendi sumpsisse interpretes; vt vtriusque dei nomen sub vno complecteretur. Nam templum quod fuit Romæ ex consortio castori & polluci dedicatum; vnus tātum castoris dicebatur. Vnde facete, M. bibulus, C. Cæsaris in ædilitate collega euenisse sibi dixit; quod polluci. Vt enim geminis fratribus ædes in foro constituta tantum castoris vocaretur; ita suam Cæsarisque munificētiam vnus Cæsaris dici. Refert præterea Seneca in, i. libro naturalium quæstionum; quod si in media tempestate apparent quasi

Dioscori
Castor &
Pollux.
Zeus dios
Coros puer
vili⁹
dicitur.

Facete
Dicitur
M. bibu.

stellæ velo insidentes: adiuari se tunc periclitâtes existimēt Castoris & Pollucis numina credētes. Atqui Plinius illas non castorem & pollucē sed vno nomine castores vocat libro. ij. naturalis histo. cap. de castoribus. Has hodie in tempestate deprehensi nautæ sancti Thermilampadas vocant: quas cum viderint pro certo habēt frāgi euestigio tempestatem. Beda hunc locum exponēs. Gemini inquit castores sunt castor & pollux; quos ideo gentiles in mari deos vocant: quia in tempestate si solæ apparuerint in nauī vel in antennis periculosi; si vero gemine prosperi cursus sunt nunciæ. Ego vero quemadmodum de geminis castoribus simul apparentibus Bedæ astipulor: ita de solirarijs dissentio. tunc enim non castor neq; pollux: sed helena vocatur. De qua Plinius libro. ij. Diram illam ac minacē appellatam helenam ferunt. Et Papinius in. vij. thebaidis. Non aliter cæco nocturni turbine cori Scit peritura raris: cum iam damnata sororis Igne therapnæi fugerunt carbasa fratres. Insigne igitur nauis Alexādrinæ erāt castores siue filij Iouis: in quorum tutela nautæ esse putabātur. quē admodum apud Vergilium in. v. Eneid. Sunt centaurus. scylla. pistris. chimera.

Helena
stella.

Charadrius quid.

IX.



In leuitico Cap. xi. & in Deuteronomio cap. xiiij. prohibet deus per Mosen hebræos vesci auib⁹ im- mundis inter quas numerat charadrium. Sed quæ auis: aut qualis charadrius sit: non hebræi quos consului: non illorum locorum enarratores: non illi qui vocabula in ordinem alphabetarium redegerunt: mihi satisfaciunt. Aristoteles libro de historia animalium. viij. Inter aues locustres siue marinas illum nominat. gauia inquit alba & fulica mergus & charadri⁹ rupex iuxta mare vicināt. Idem libro. ix. Colunt inquit & aliæ aues fragosa & saxa & cauernas: vt quem apræruptis torrentinm alueis charadrium appellamus. praua hæc auis & colore & voce. noctu apparet. luce aufugit. a Theodoro gaza: tum hiaticola interpretatur: quod in hiatibus & speluncis habitat; nam charadra tum torrens: tum alueus: tum vallis: tum spelunca ex græco vertitur. Alio in loco charadrium in rupicem transtulit: quod in rupium cauernis habitat.

Charas
dri⁹ qd

Cynus p
schino.Cōstati⁹
corrupte
lectionis
fautor.

N danielle propheta Cap. xiiij. vbi historia susanæ
ex translatione Theodotionis inserta scribitur;
omnes codices vulgo habēt. Si vidisti eam; dic sub
qua arbore videris. Qui ait sub cyno; p eo quod
eise debuit sub schino. Iacobus Cōstantius cōtra
Nicolaum lyrā corruptam lectionem defendit; asse-

uerateq; non schinum sed cinum eo in loco debere legi. Ego cum
ex mea consuetudine bibliopoliā; quæ Salmantica complura sunt;
excuterem; forte fortuna incidi in obseruationes quasdam Iacobi
constantij viri plane litteratissimi; sed quem antea nomine tantum
noueram. Fuerunt autē obseruationes illæ numero centum; quas
idcirco voluit græce hecatostyn potius quam cēturiā latine cogno-
minare. Harū duæ priores; ac totidē posteriores pertinet ad quos-
dam locos diuinæ scripturæ. Sed cum reliquæ omnes multum eru-
ditionis rerum sæcularium contineāt; atq; vt ingenue fatear; omnes
illas mihi facile persuaserit; in quattuor tantum quas dixi; hominis
prudenciam desideravi; qui in ipso statim initio; ac deinde in operis
clausula; vbi ex artis rhetoricæ præcepto consuetū est optima quæ
que disponi; frigidiora & pene puerilia collocarit. vt qđ in prima
obseruatione; quasi in re magna ac per difficili cōmoratur osten-
dens eos aberrare; qui in Matthæi euāgelio legūt quod Herodes
occidit omnes pueros ab imatu & infra; putantes non bimatu sed
imatu esse legēdum; ita vt. b. littera non ad præpositionē præcedē-
tem; sed ad dictionem sequētem pertineat. quod nec pueri quidem
ignorant etiam qui nōdum ære lauantur. Aut ostēdat mihi Con-
stantius oportet; quis hoc vnquam dixerit. Aut si harum rerum
tam curiosus est illud potius est Laurentio valla debuit adnotare in
verbis illis nō infra; sed intra debere legi; propterea quod infra cō-
ditionem & locum designat; vt infra omnes homines. infra testū.
intra vero numerum & spacium. vt intra octo dies. intra vrbis mu-
ros. Sed de his alias; nunc ad rem. Constantius in obseruatione a

Cōstati⁹ finali pxima inuehitur acerrime in Nicolaū quod eo in loco legat
in Nicola schino quam interpretatur lentiscum; cōtenditq; debere legi cino;
um igno- quā ipse somniat esse ex lauri generibus vnū. Excuciam⁹ igit dñi
ranter in quā dicemusq; vter illorū stet a causa potiori. cōstituāt inter eos causa; ci
uehitur. tent partis vtrūscq; testes. Cōstati⁹ affert in testimoniū cōtra viritatē

Locos deprauatos duos, alterū ex calce quindecimi voluminis Pliniani; vbi numerant lauri genera tredecim. Accessere inq; genera Cuius hāc siluestrem laurum aliqui intelligūt, vbi pro eo quod est cuius ipse contēdit debere legi cinus, quod non Hermolaus eo in loco adnotauit, non Theophrastus scripsit, non Cato in libris de re rustica; qui tria tantū genera lauri numerat; non alius quispiā qui dicat cinum esse lauri speciem; aut arboris per se genus. Alterum affert ex Ouidio testimoniū: qui libro Metamorphoseos, x. inter arbores quę Orpheo astiterūt enumerat cinum. Sic enim ipse legit, & bicolor myrtus & bacchis cerula cinus; cum omēs libri tam in emendati quam emēdati habeāt ficus. Sed contra duos testes deprauatos; atq; aduersarij malignitate corruptos vnum Hieronymum; atq; ipsam veritatem quę valet pro mille testibus produci- mus. Scribit enim in ipsius Danielis pœmio, Africānum qui vt sacrae scripturae falsitatem conuinceret; multa contra Origenem argumēta congeffit; inter cætera opposuisse Susanae historiā ab aliquo græculo nugatore confictam; idq; ex verborum etymologia probasse, quod vbi legitur apud nos sub schino; quod sequitur statim angelus dei scindet te medium; totum illud ex græco sermone descēdere. Schinos enim latine est lentiscus schizo vero interpre- tatur scindo, & subdit Hieronymus, cuius rei nos intelligētiam no- stris hanc possumus dare; a lentisco in lentem te comminuat ange- lus; aut lente per eas; aut lentus id est flexibilis ducaris ad mortem. Emendemus obiter locum superiori coniunctum; vbi pro prino legitur pruno. Est autem prinos græce quę sit latinis ilex, ad quod nomē alludens Daniel subiungit, Manet enim angelus dei gla- dium habens; vt secet te medium, prino enim græce seco interpre- tatur. Vnde subdit Hieronymus de arbore ilice Daniele dixisse ilico per eas, a prino igitur prise fecit in secūda persona futuri indi- catiui modi sicut a schino schise. Non debuit itaq; Constantius ea quorum ignoratione tenebatur attingere; nec violare naturæ le- gem de qua poeta. Publica lex hominū naturaq; cōtinet hoc fas;

Vt teneat vetitos in scicia debilis actus.

Cœmiterium non cimiterion.

XI.



Surpatur crebro in sacris litteris dormire pro eo quod est mortem obire; siue mori. Quale est illud ex euangelio, Non est mortua puella sed dormit., Illud quoq; lazarus

Error
Constā
tj.

Schinos
Shizo.

Prino nō
pruno.

Persius.

Cœmite-
rium non
cimiteriō

Dormire
p. mori.

amicus noster dormit. Sumptum est autem verbum ex eo quod quemadmodum Is qui dormit quãdocũq; expergiscetur: ita ex eo quod in religione nostra credimus & speramus: qui diem suum obiere aliquãdo ex mortuis resurgent. Significantius itaq; nostri mortuos dormire dicunt q̃ latinæ elegantiaē studiosi mortē oppetere, siue diem obire, siue agere: aut afflare animam, siue mori, siue perire: siue interire. Hinc factum est vt locus in quo mortui sepeliuntur quod latine tum sepulchretum; tum conditorium appellatur a græcis polyandrion (vt est in Iezeciele) dicitur: in nostra religione cœmiterium græce; latine dormitorium vocetur: non cimiterium vt homines indocti somniãt dictum quasi cinis terium quia ibi defunctorum cinis teritur. Neq; a cinis quod ipsi interpretatur dulce & sterni statio: sed potius per œ diphthongon cœmiterion dictum a cœmaomæ quod est dormio; vt sit quemadmodum diximus cœmiterion dormitorium.

Collirida.

XII.

Collirida



In libro Regũ secundo Cap. vi. Partitus est (inquit) tã viro quam mulieri singulis colliridam panis vnam & in Leuitico cap. vi. Colliridas olei admixtione cõspersas offerent. Sed quid collirida sit plane nescitur. nam cum græcum nomẽ videatur: græci non agnoscunt esse suum. Latini diuinãt cum dicunt esse

Collirida non collirida.

Collix.

triãgulum siue tortam panis, nos pro eo quod legitur collirida suspicamur vna littera immutata debere legi collicida. Est nãq; apud græcos collix, icos, panis subcinericius (hoc est nō in furno sed in foco super lapide cõcalectio deinde cineribus super in gestis decoctus. quo genere coquẽdi panes etiam nunc quidam ex cantabris & asturibus vtuntur, putãturq; huiusmodi panes ad augẽdas vires

Collix.

Collico phagi.

colliphium

Colliciũ.

plurimum cõducere. A eo igitur quod est collix Aristophanes comicus nomẽ finxit collicophagi, i. collicis voratoris. Hinc etiã in forma diminutiua colliphium & collicium dicta. Iuuenalis, Lustantur pauce comedunt colliphia pauce. Martialis, & collipha cum decem comedit, Plautus quoq; colliphia inquit mihi. a collicio iterum fit collicida quod significat etiam panem subcinericiũ. Itaq; apud autores sacrarum litterarum vbi crebra fit mentio huiusmodi panis indifferenter alterum pro altero ponitur. vnde p eo quod in. iij. Regum cap. xix. Hieronymo interprete legimus respexit

A collicio Collida.

Elias. & ecce ad caput suum subcinericius panis & vas aquę. Ambrosius in epistola ad vercellenses Elias inquit quem dominus erudiebat ad virtutis profectiōē ad caput suum collicidam & vas aquę reperit. Idem quoque Hieronymus in quadam epistola ad Eustochium pro eo quod interpretas dixit subcinericius panis respexit (inquit) Elias & ecce ad caput eius panis collicidæ. sic enim legendum est: aut ostēdant mihi vbi apud græcos & latinos collirida reperiat: aut quid significet.

Daphne quid in libro numerorum. XIII.



Vod in libro numerorum Cap. xxxiiiij. legitur de sephama descēdent termini in reblatha cōtra fontē daphnē: nemo ex ijs qui hunc locum enarrauerūt: quid sit daphne: aut cur ab interprete adiectum: exposuit. Nicolaus Lyra otiose dictum putat: dicitque in libris castigatis non haberi daphnen: cum ediuerso libri potius in emēdati sint vbi daphne non habetur. Hieronymus certe in Ezechielem. cap. iij. exponēs obiter locum illum de sephama: inquit. i. de apamia descēdēt termini in reblatha: quæ nunc syriæ notatur antiochia. & subdit. Vt scias (inquit) reblā siue reblathā hāc significare urbem dicit contra fontē quē perspicuum est significare daphnē: de quo fonte lucus aquis abundatissimis fruitur. Quod si Hieronymo nō credis: at ipsi sacræ lectiōi credas necesse est quæ in secūdo Machabeorū volumine cap. iij. hæc verba cōtinet. Onias inquit sacerdos cōtinebat se in loco tuto antiochiæ secus daphnen. Nam cum sint plures antiochiæ vna est ad cragū flumē in cilicia. altera iuxta mæadrū annē in caria. tertia pisidiæ in cappadocia. de qua Lucas in apostolica historia. cap. xiij. ad quarū differentiam hæc cognominata est antiochia ad daphnen. quæ etiam aliarum cōparatione antiochia magna dicitur: & antiochia quoque ad orōtem quia ab oronte fluuiio secat media. Ad daphnē siue epidahnē cognominata est vt sunt autores Eusebius in locis sacræ scripture Hieronymus in ezechielem: a luco quē Cn. pōpeius lauris & cupressis cōsitum dedicauit. Continebatur autē lucus ille ambitu octogita stadiorū quo in loco antiochēsium cōuētus agitabatur: vt autor est Strabo. Cupressorū daphnēsium meminit Iustinianus imperator. lib. xi. Codicis. ti. de cupressis ex luco daphnensi. Capitolinus quoque in veri Cæsaris vita. Verus (inquit) Cæsar

Daphne quid in libro numerorum.

Nicolai opinio falsa.

Sephama Apamia. reblatha.

Plures antiochiæ.

Lucus Pompeij.

C

postea q̄ in Syriam venit in delicijs apud Antiochiam ad daphnē
 vixit Amianus præterea tunc ait apud daphnē amoenum illud &
 ambitiosum antiochiæ suburbanum. Meminerūt præterea eiusdē
 luci Volcatius Lampridius, Fuit quoq̄ antiochię porta qua ibatur
 ad daphnē. De qua Hieronymus in vita beati Ignati. Reliquiæ
 (inquit) corporis eius antiochiæ iacēt extra portam daphneticam
 in cœmiterio. Quod vero Eusebius & Hieronymus dicūt cogno-
 minatam ad daphnem; hoc est ad laurum siue lauretū propter lau-
 ros & cupressos a Pompeio dedicatas in eo loco; ad superiora po-
 tius tempora referēdum est. Constat nāq̄ urbem illam fuisse cōdi-
 tam vel potius instauratam a Seleuco rege Syriæ in dīto etiā illi
 nomine ex patre suo Antiocho qui fuit ex ducibus Philippi regis
 Macedonum autore Trogo libro .xv. & quod ad daphnem sit co-
 gnominata indigenæ causam afferunt; quod daphnem quam poe-
 tæ fluminis patrij appellāt ipsi suam; atq̄ ladonis sui filiam fuisse di-
 cunt. Philostratus lib. i. Apollonius (inquit) antiochiā quæ magna
 cognominat; & Apollinis daphnei templum intrauit cui arcadiæ
 fabulam assyrj tribuerunt daphnem ladonis filiam illic natā flumi-
 nis afferētes, & fuit quidem apud ipsos fluuius quem ladonem ap-
 pellant & maxime omnium arborum laurum colunt ob memo-
 riam virginis daphnes. Arrianus præterea a daphne ladonis flumi-
 nis filia dictam antiochiam ad daphnem putat; quibus in memora-
 to loco Hieronymus astipulatur dicens hic lucus a magno Pōpeio
 qui primus Romano imperio subiecit iudeam cōsitus est & ab eo
 iuxta fabulam poetarum daphnes nomen accipit ob lauros & cy-
 paris quæ arbores in ipso frequentissimæ sunt. Ex quibus infer-
 tur non frustra ab inrerprete fuisse adiectum daphnem id quod
 Nicolaus putauit; sed dictum per figurā prolepsim nō modo poe-
 tis sed etiam litterarum sacrarum autoribus vsitatissimam. Quod
 vero ille dicit hunc locum esse qui apud Mattheum sit magedon
 & apud Marcum dalmanutham; & quod inde oriatur iordanes;
 totum; hoc commēticiū est & pro libidine sua confictū. Id quod
 suo in loco disputabitur,

Antio-
 chia.
 a Seleuco
 Rege in-
 staurata.

Daphne.
 Ladōis. f.

Nicolai.
 commen-
 tum.

Debora non delbora,

XIII.



Væ reperiuntur in sacra scriptura foeminae cognomines. vtracq; vocata est debora. Altera rebecca vxoris Isaac nutrix: de qua Genesis cap. xxxv. Eodem (inquit) tēpore mortua est debora nutrix Rebecæ: & sepulta est ad radices bethel subter queru. Altera pphetis vxor Lapidoth: quæ post aioth iudicauit populum Israel cum Barach. de qua in Iudicū libro multa scribuntur. Sed in libris recentioribus vtrobicq; .i. interiecta debora legitur: quod nulla ratione defendi potest. Tum quod apud Hebræos in hac particula .i. nusq; est. quibus astipulantur omnes codices Græci: aut qui ex translatione græca ad nos venerunt: atq; etiam antiqui omnes libri latinis longobordis gothicisq; inter penos scripti. Tum quod omnes ecclesiastici autores debora in apem interpretant: cum delbora per .i. litteram interiectam nihil tale: sed necq; aliud quicq; apud Hebræos significet. Est & alia ratio: cui nemo inuenire potest quid respondere queat. Remigijs in hebraicorum nominum interpretatione: in quibus disponendis alphabetarum ordinem exactissime psequitur: post particulā debon gad: e vestigio subiungit debora. tum subdit decla. hoc est post nomina habentia. b. post. e. apponit hebetia. c post. e. vt nullus relinquatur locus ei: quod delbora per .i. litteram: quod est (quemadmodum diximus) nihili verbum. Quare dispungēdum est. .i. ex hac particula velint nolint: qui vitiosa lectione tanto opere delectantur.

Debora
nō delbo
ra.
Foeminae
cognomi
nes.
Rebeca.
Bethel.
lapidoth
Barach.
Aioth.
Delbora
nihili ver
bum.

Dextera.

XV.



Alomon Prouerbiorum cap. iij. enumerans præmia quæ comitatur sapiētiam. Longitudo (inquit) dierum in dextera eius: & in sinistra illius diuitiæ & gloria. In quibus verbis præter illum sensum qui est in prōptu: subest recondita quædam per digitos computandi ratio qua omnis antiquitas vtebatur. Quāuis enim per longitudinem dierum intelligatur interminabilis vitæ Iucunda possessio: respicit tamen ad illud quod qui pertingebat annum vitæ centesimū: incipiebat in dextra manu computare: cū in sinistra superiores numerasset. Vt de nestore: qui apud Ouidium dixerat: vixi annos bis centū: nūc tertiū viuit ætas: Iuuenalis ait. Rex pilius magno si quicquā credis homero. Exemplum

Dextera.

Compu-
tandi mo-
dus p̄ di-
gitos.

Complu-
res auto-
rum loci
enodati.

vite fuit a cornice secūd^o. Fœlix nimirum: qui tot per sæcula mor-
tem distulit, atq; suos iam dextera computat annos. Qui per digi-
tos computandi modus cum apud autores frequēs sit; necq; adhuc
ars ipsa vulgata est: pauca nobis ex Isidoro atq; Beda mutuāda sūt:
atq; graphice demonstrandum qua digitorū figura apud maiores
nostros numeri designabātur. Minimus: itaq; digitus medię volæ
appressus vnum monstrat, Medicus (hoc minimo p̄ximus) in ea
dem vola affixus duo, Medius qui infamis & impudicus appella-
tur: eidem volæ impressus tria, Minimus sublatus reliquis duobus
affixis quattuor, Medicus sublatus quoq; medio impresso; quinq;
Medicus appressus medio & minimo sublatis: sex, Minimus bra-
chiali (hoc est radici manus applicito) septem, Medicus eidem etiā
radici applicitus: nouem. Quemadmodum vero per tres digitos
superiores numerum citra denarium ostendimus: ita duobus reli-
quis: hoc est pollice; atq; indice decuplatiōes simplicium numero-
rum designabimus. Indicis igitur summitas nodo pollicis medio
admotā: decem monstrat, Pollex in partem manus domesticam in-
flexus viginti, Pollicis atq; indicis summitates coniunctæ triginta,
Pollicis medius nodus medio indicis cōdylo impressus quadragin-
ta, Index super summitatem pollicis circūductus sexaginta, Pollex
atq; index diuaricati; atq; distenti septuaginta, Pollex indici ac me-
dio insert^o octoginta, Indicis apex radici pollicis admotus nonagin-
ta, Atq; ita possum^o tā numeros simplices quā cōpositos citra cen-
tum monstrare alios alijs non impediētibus. Transferentes dein-
de: supputationē in manum dexteram; cētum designabimus: vbi
fuerant decem in sinistra, Ducenta vbi viginti, Trecēta vbi trigin-
ta, Quadrigenta vbi quadraginta, Quingenta vbi quinquagin-
ta, Sexcenta vbi sexaginta, Septingenta vbi septuaginta, Octingē-
ta vbi octoginta, Nongenta vbi nonaginta, Deinde mille vbi mō-
strabatur in sinistra vnum, Duo mille vbi duo, Tria mille vbi tria,
& ita deinceps vsq; ad nouem millia, Vteriores numeri circunfe-
rendo manus per alias corporis partes effingebātur, Ex hac gra-
phica numerorū descriptione possumus enodare complures auto-
rum locos: qui videbātur inextricabiles: vt quod Paulo ante Iuue-
nalis de Nestore dicebat. iā dextra cōputat annos, quodq; Salo-
mon innuebat lōgītudo dierum in dextera eius: Quodq; Plinius
scribit antiquissimi deorū iani effigiem: ita consueuisse pingi: aut

ex aliqua materia excudi quasi digitus significaret tercentum sexa-
 ginta quinque: qui numerus est dierum totius anni: quod ianus idem
 deus habitus est qui sit sol: cuius annum cursum totidem dies confi-
 ciunt. Quoque in Apologia secunda pro magia scribit Apuleius.
 Si triginta (inquit) annos pro decem dixisses: posses videri pro com-
 putationis gestu errasse: & quos circulari debueris digitos aper-
 ruisse &c. Et quod Hieronymus primo in Louinianum libro ex euang-
 gelio scribit dicens. Centesimus & sexagesimus & trigessimus fru-
 ctus quaque de vna terra vna se mēte nascantur tamē multū differunt
 numero. Triginta referuntur ad nuptias, nam & ipsa digitorū cōiun-
 ctio quasi molli osculo se amplectens ac foederans maritum pingit
 & coniugem. Diximus namque triginta pollicis ac indicis summitati-
 bus in orbem circūductus designari: ut sit pollex quasi maritus
 index vxor se inuicē molli osculo foederantes. & subdit Hieronymus
 Sexaginta vero ad viduas: eo quod in angustia & tribulatione sunt
 positae: vnde & superiore digito deprimuntur: quantoque moior est
 difficultas expertae quondam voluptatis illicebri abstinere: tanto ma-
 ius & praemium. Nam diximus indice super mediam pollicis ver-
 tebram sexaginta formari. Tum idem Hieronymus subiungit.
 Porro centesimus numerus diligenter quaeso lector attende: de si-
 nistra transfertur ad dextram: & iisdem quidem digitis: sed non in
 eadem manu: quibus in leua nuptiae significantur & viduae, circulum
 faciens exprimit virginis coronam. Diximus: namque centum in
 dextra manu designari eodem in loco vbi decem in sinistra & iisdem
 in digitis quibus triginta & sexaginta. Fitque ex circumductione illa
 orbis: quam Hieronymus coronam interpretatur quae sit debita
 virginibus. Ambrosius praeterea in sermone quodam qui legitur
 in celebritatibus vnius confessoris pontificis ex consuetudine ritusque
 Romanae ecclesiae: cuius initium est: ad sancti patris nostri: ad hanc
 numerandi rationem alludens: qui huic mundo (inquit) crucifixus
 & mortuus; quicquid laborauit de hac vita ad illam transtulit. &
 quasi bonus ratiocinator velut ad centuplum manum porrigens
 semper de sinistra aliquid transmisit ad dextram. Sic quoque illud
 Iuuenalis exponendum est: in quo plerique haerent. suos (inquit) dex-
 tra computat annos. De nestore: videlicet loquens: qui apud
 Ouidium dixerat. Vixi annos bis centum: nunc tertia viuatur aetas:
 quia diximus quod ultra centum numeri in dextra manu forma-

Triginta
ad nuptias
referuntur.

Sexaginta
ad viduas

Centesimus
numerus
in dextera
computatur.

Iuuenalis
locus illu-
cidatur &c.

bantur. Sic etiam facile possumus intelligere illud ex Macrobio in saturnalibus; quod de iano scribit; qua manum digitorumque chironomia designare posset tercetum illos; & sexaginta quinque dies quibus annum spacium conficitur. Sic quod Cicero compluribus in locis scribit ad digitos rem redire. Sic denique quod ab initio diximus Salomonis illud longitudo dierum in dextra illius; & in sinistra eius diuitiae & gloria.

Drama, atis,

XVI.

Drama
atis,



Værit a me cotidie multi non solum ex sacrificiorum turba; sed ex illorum numero qui se sciolos putant; quid sibi vult drama illud quod in celebritate virginis deiparæ: ac proinde in festis aliarum virginum Ecclesia Romana canit. Ante terum huius virginis frequentate nobis dulcia cantica dramatis. Scri-

bendum namque est non per ch. non per. g. non per duplex. m. ut in quibusdam deprauatis codicibus legitur; sed simpliciter dramatis

Drachma
per. ch.

Atque ut semel me ab hac quaestione absoluam; volui hoc in loco scribere aliquid quo deinceps per cotatuos remittam. Est itaque drachma per ch. atque per primam declinationem in flexa genus monetae quae appendit fere nostri temporis argenteum nummum siue denarium; hoc est vnciae partem octauam, nam quod hispani vocant adareme

Dragma
per. g.

dimidium est drachmae. in quo significato accipienda est drachma illa quam in euangelio mulier amisit. Est & dragma, atis, per. g. manipulus ab eo quod est graece, drax, acos, i. pugnus, unde & dragmateuo, i. manipulos colligo, in quo sensu legitur psalmo, cxxv. portantes manipulos suos, pro quo in graeco dragmata habent, Est & dramma per

Drama
duplex. m.
Drama
simpliciter
scri-
ptum,

duplex. m. cursus, ab eo quod est graece dram in currere, & dramos cursus siue fuga. Sed drama, atis, simpliciter scriptum est representatio fabularum in quibus introducuntur variae personae, ut in

comœdijs & tragedijs, & poematis diuersorum generum, unde & Seruius in bucolicis illud dicit dramaticum dicendi genus in quo variae inducuntur personae, dictum a drao; quod est ago in ea significatione qua Iuuenalis ait. vxorem comœdus agit; vel dorida In quo sensu accipitur drama in versu quem ecclesia canit dulcia cantica dramatis, Representat namque ecclesia Christi nuptias cum

Matre virgine, aut cum aliqua ex virginibus quas euāgelista vocat sapientes, aut cum defæcatissima aliqua fideiū anima, aut cum ipsa deniq; ecclesia: in quibus quidem nuptiis cauendum esse epithalamium; hoc est carmen nuptiale admonemur: quale est illud Salomonis in canticis canticorum; in quo introducuntur personæ representantes, tum sponsam, tum spōsum, tum vtriusq; matrem, tum vtriusq; comites. Quem deinceps imitati sunt poëtae latini & græci; qui epithalamia quoq; scripserūt in nuptiis deorum atq; hominum. Primus qui epithalamium cecinit apud græcos autores fuisse dicitur apollo in nuptiis Thetidis & pelei, & deinceps alij quos & latini sunt subsecuti. Catullus; Ouidius, Claudianus; Ausonius. Talia igitur carmina in spiritualibus nuptiis esse canenda nobis monemur: qualia sunt illa ex canticis Salomonis. Dum esset rex in acubitu suo, & Leua eius sub capite meo & Nigra sum: sed formosa, & iam hyems transijt & recessit: quæ sunt verba sponsi; & sponsæ; quæ personæ introducuntur ab autore, & hoc est quod Origenes in expositione illius operis dicit, Epithalamium (inquit) Salomonis; quod in morem dramatis compositum est, id est actionis; vel representationis diuersarum personarum.

Apollo
inter græcos
primus
epithalamium
cecinit.

Electrum,

XVII.



Værebat a me nup̄ religiosus vita & morib⁹ diuū Franciscum referens qui & ipse cœnobij murgitani præsul erat; quid sibi vellet electrum id quod in Iezeciele propheta Cap. i. legitur, Splendor (inquit) in circuitu eius; & de medio eius quasi species electri & rursus Cap. viij. & a lumbis eius; & sursum quasi aspectus splendoris; vt visio electri. Erasmus tūc in aula perq; reuerendi; atq; proinde clementissimi domini Francisci Ximenex Archiepiscopi Toletani & Hispaniarum protomystæ; cui iam pridem inuestigandæ antiquitatis sacrarum litterarum cura (vel precipua) incumbit & cōquirendorum voluminum ad eam rem nō minor diligentia, Antea igitur q̄ quidpiam quæstioni responderem; videamus inquam quando nos fortuna tali in loco iunxit; vbi adest tanta copia eruendi res abstrusas atq; difficiles; quid autores

Electrū

C iij

Lexica hebraea atq; glossēmata hallucinātia. A smal quid.

hæbræorum de electo sentiant. Euoluimus: itaq; hebræorum le-
xica: atq; glossēmata: nihilq; offendimus præter mera somnia: esse
videlicet animalis siue angeli cuiusdam nomē: siue lapidem precio-
sum. Alij confitent̄ ingenuè se nescire quid sit asmal: id enim apud
hebræos nostro electo respōdet: inter quos est rabbi Salomō vir
non minus rerum q̄ verborum diligens indagator. Nicolaus Iyra
putat Hieronymum immo cum Hieronymo septuaginta inter-
pretes non affecutos vim asmal: cum electrum interpretatur: qua-
si in eruditione linguarum non debeant preferri septuaginta: quos
Hieronymus in hac parte sequitur quibuscūq; alijs nedum Salo-
monī hominī in re litteraria nouitio: neq; minus in significato ver-
borum q̄ in erudendis sensibus frequenter hallucinanti. Itaq; ego
longe magis assentior septuaginta: qui (vt inquit Augustinus in. ij.
de doctrina christiana libro) tanta spiritus sancti presentia interpre-
tati esse dicuntur: vt os vnum tot hominum fuerit: magis Hierony-
mo trium linguarum peritissimo q̄ Nicolao cum suo Salomone;
q̄ omnibus hebraicæ linguæ recētioribus magistris. Sed cum ele-
ctri apud græcos & latinos duo sint genera, alterum naturale quod
a latinis succinum: a germanis glessum: ab hispanis dicitur ambar:
alterum facticiū: quod ex auro & argento constat: in vtro sensu
apud Iezecielem accipi debeat disputandum nunc mihi est. Est au-
tem electrū in priori significato lachryma defluens ex arbore gles-
faria in insulis germaniæ septentrionalib⁹ quas electridas siue gles-
farias vocant: quæ deinde congelascens ad lapidis duriciem perue-
nit. Vergilius in bucolicis. Pinguia corticibus sudent electra my-
ricæ. & Ouidius. ij. meta. Stillataq; sole rigescunt de lachrymis ele-
ctra nouis. Plini⁹ libro. xxxvij. his verbis scribit. phætonis inquit
fulmine ictis forores fletu mutatas in arbores populos lachrymis ele-
ctrum omnib⁹ annis fundere iuxta eridanum anem quem padū
vocamus: & est electrum appellatum: quia sol vocitat⁹ est elector:
siue electros: additq; multa de errore græcorum circa electri origi-
nem. Electrum facticiū dicitur: quod ex auro & argento constat:
ita tamen: vt quinta pars argenti auro misceatur: qualis est massa
vnde aurei Ioannini excudūtur: duplas Hispani appellant. Plinius
libro. xxxiij. Vbicunq; pars quinta argenti portio est in auro: ele-
ctrum vocatur. Silius libro. i. punicorū. Electri gemino pallent de
semine venæ. Martialis. Vera minus flauo radiant electra metallo.

Electri
duo gene-
ra.
Succinū
Glessum.

Electrū.
quid.

Electrū fa-
cticiū.
Aurei io-
annini.

Vergilius. Tum leues ocreas electro auroq; recocto. Acursius in *Accursij*
 electri expositione plurimum aberrat, exponēs enim illud iure cō- *error.*
 sulti; quod habetur de legatis tertio in lege pediculus. Vasis electri
 nis legatis nihil interest quātum ea vasa de quibus quæritur argen-
 ti; atq; electri habeant; sed vtrum argentum electro an electrū ar-
 gento cedat. Illud quoq; de legatis primo. Si quis putat auri appella-
 tione electrum; vel aurichalcum cōtineri, & illud ex Iustiniani in-
 stitutionibus in titulo de rerum diuisione. Si diuersæ materiæ sint;
 & inde propria species facta; vt ex auro & argēto electrum. Vide-
 tur autem electrum; hoc metallicum; & ex eo appellatum; quod re-
 ferat ac repræsentet succini colorem splendoremq; vt sit vero simil-
 limum facticium electrum; quod est posterius a naturali; quod est
 prius fuisse cognominatum. Seruius grammaticus in illud Vergi-
 lij. est electrum (inquit) triplex vnum ex arboribus; quod succinū *Electrū*
 dicitur; aliud quod naturaliter inuenitur, tertium quod fit de tribus *triplex.*
 partibus auri & vna argenti; quas partes si naturale resoluas inue-
 nies. Sed de vtro electro ppheta intellexerit dubitari potest. Mihi *De q̄ ele*
 vero credibilius sit de succino intellexisse; quā de metallico; ve ex *ctro pro*
 eo quod sit materia trās lucēs & perspicua; & per quam similitudo *pheta in*
 illa poterat trāsparere; quod aureæ materiæ non cōtingit, vel quod *tellexerit*
 hebræi suum a simal ad genus quoddā lapicium reducūt, vel quod
 Hieronymus quodam in loco insinuare videtur esse saphyrum.

Euro aquilo.

XVIII.



Arrat Lucas in actibus Apostolor; Cap. xxvij. de
 laborosissima illa nauigatione Pauli circa cretā; qd̄ *Euro aq̄*
 ingruit ventus typhonicus; qui vocatur euro aqui *lo.*
 lo. Quis ventus typhonicus sit Aristoteles in. iij. *Typho*
 Meteorologicor; libro pulchre ostendit; esse videli- *nicus vē*
 cet spiritum ex nube detrusum; quia a parte poste- *tus.*
 riori impulsus ab anteriori repulsus in orbem circuagatur; necesse *Vnde vē*
 est; rapitq; secum non modo res tenues verum etiam magnas mo- *t9 typho*
 les. inter quas lapides arbores animaliaq; grādiora; dictus a typho *nicus di*
 quod est incendio siue inflammo & fumigo. Vnde cōuicitur error *ctus.*
 Nicolai mamotrecti Hugonis & omnium prope hunc locum expo *Error ni*
 nentium; qui pro inflammatione; quod in aliquo probato autore *colai.*

Sceptos
nomē ge-
nerale.
Fulmen.
Præsteras
Typhon
ecnephias
Exhy-
dria.

erat: ipi inflationem transcribere. sed aduertendum: quod sceptos no-
men est generale omnibus his quæ de nubibus cadunt. Nam si
flamma illa quam nubium conflictus expressit robustior fuerit in
cendio deferturq; in terras: fulminis habet nomen. Præsteras nomi-
namus cum flammarum minus in illis fuerit; sed si ignitum nõ fue-
rit fulmen typhon vocatur: quæ adhuc differt ab ecnephia: & ex
hydria: quod typhon in orbem circūagitur: ecnephias rectus pro-
pellitur vterq; ex sicca exhalatione decisus. ex hydria vero cum im-
bribus nubem repente frangit. Ex Aristotele in metoro. Apuleio
in libro de mūdo. Seneca quinto naturalium quæstionū. Plinio. ij.
naturalis historiæ. Quid vero sit euro aquillo: aut quare typhon co-
gnominetur: non puto quem quam mortalium scire: quin potius
suspitor mendum fuisse librariorum qui pro euroclydon: quod in
græco legitur: euro aquillo nihili verbum supposuere. Nam cum sit
aquillo vox latina: eurus autem græca: quis talem compositionem
ausus esset facere? Cum præterea sit aquillo ventus spirans media
regione inter exortum & æstiuum & septentrionem: eurus vero
perflat ab ortu hyemali: quæ compositio potuit ex ventis tam dispa-
ribus coagmentari? Quid quod Aristoteles negat typhonē pos-
se fieri spirante aquilone? Borealibus (inquit) non fit typhon: nec
vinosis ecnephias. quomodo igitur typhon potuit euro aquillo co-
gnominari? Cum igitur clydon apud græcos procellam siue tem-
pestatem significet: euroclydonem putat Lucam scripsisse cogno-
minari vêtum: qui sit typho: hoc est spiritum ex nube expressum:
siue (vt Plini⁹ interpretatur) vibratum ab oriente hyemali vnde
perflat eurus. Interpres vero cum nequiret latine vim græce com-
positionis assequi: euroclydon reliquit: quod in euro aquilonem li-
brorum negligentia inuertit.

Eurocly-
don
non euro
aquillo.
Aquillo
quid.

Git siue melanthium quid.

XIX.

Git siue
melanthi-
um quid.



Vdio viros trium linguarum peritos hebraicã di-
co græcam & latinam: nam cæteras nihil moror:
in discussione illa quæ sub præsulis nostri Cardina-
lis Hispani censura prope modū cotidie fit: in pensi-
tandis interpretum varijs translatiõibus hæ sitasse
nuper in illud Esaiæ cap. xxviij. Seret git & cymis

num sparget. & paulopost. Sed in virga excutietur git & cyminū
 in baculo; quod genus feminis esset illud; quod a propheta dicitur **Cefach.**
 cefach, ab interprete græco melanthion; a latino git. Medicorum
 vulgus ignorare videtur quid sit melanthion siue git; cum in nigel- **Melāthiō**
 lam vertunt; non paruo generis humani detrimēto si alterum pro **non esse**
 altero in medicamentis adhibeatur; sitq; tanta inter vtrumq; semē **nigellam;**
 distantia; quāta potest esse inter duas res diuersorū generum; cum
 nigella sit in genere zizaniorū nequilla Hispane dicitur; quæ plæ-
 rumq; aëris vitio tritico in nascitur; & nescio quid fatuū in sulsumq;
 sapiat; git vero inter fruges numeretur; cuius semē piperis saporem
 reddat de quo Ausonius in monosyllabis. Est inter fruges morfu
 piper æquiperans git. A græcis; tum melāthion; vt diximus, tum **Melāspēr**
 melanspermon Plinio autore cognominatur; atq; si Theohoroga **mon.**
 zæ in Theophrasto credimus anthemion etiam dicitur; quādo qui **Anthes**
 busdam in locis ex anthemione git interpretatur. Sed nihil mirum **mon.**
 vulgo ignorari git; cum Ioannes baptista pius cui hodie Bononiē- **Error ba**
 ses primas deferunt; deceptus litterarum similitudine putauerit eā- **ptiste pñ.**
 dem esse rem git; & zithum. Est enim git semen quod Hispani vo- **Git qd**
 cāt axenuz. zithum vero poculū quod ex frugibus (vt inquit Stra- **semen est**
 bo) ægyptus excogitauit; sicera hebraice. serueza vulgo dicitur. de **Zithum**
 qua Lucas in euangelio de Ioanne baptista; vinum (inquit) & sice- **Sicera.**
 ram non bibet. Quod si per nigellam ipsi git intelligunt; velim mi- **Git cum**
 hi monstrent quo autore id asserant. Sed quæro non iam ab inter- **cymino**
 pretibus linguarū peritis; sed ab ijs sacrarū litterarum enerratorib; **cur scri.**
 qui recōditos sensus ex lectione pphetica rimari conātur. Quid si
 bi vult ppheta cum duo hæc semina tam diuersa & quidem bis sub
 iungit (hoc est) git cū cymino. Neq; eū fortuito; sed ex certa qua-
 dam ratione id factum videri debet. Tradunt nāq; qui rerum na- **Amici**
 turalium historiā scripsere esse sympathiam & antipathiam; hoc est **ciē & ini**
 amiciciā; & inimicicias quasdam; nō solum inter animalia sentiēdi **miciciā**
 quid iuuet; aut quid noceat facultate prædita; sed etiam inter res sur- **inter her-**
 das omniq; sensu callas. cuiusmodi sunt herbarū genera inter se cō- **bas.**
 cordiam siue discordiā agētū. vt tritico & tiphæ. hordeo & auene;
 quæ simul fata foecundius proueniunt; aut certe nō se inuicem ene-
 cant. Ediuerso lino zostis linum; orobanche eruum strangulat. Lu-
 pinus præterea. fabæ vicia, lens, cicercula pro stercore sunt aruis.

Sed e contrario vrit campum lini seges vrit auenæ, vrit lethæo per-
fusa papauera somno. Atq; vt ex Tremelij autoritate ait Varro:
solo virus ciceris obest: quia falsum est. Natura igitur intergit & cy-
minum tāta est cōcordia: vt simul sata mirum in modum coalescāt:
seq; inuicem foecūdiora reddant, quod eleganter Columelā in hor-
to suo describit. Famosaq; tunc coriandra nascūtur: graciliq; melā-
thia grata cymino. Non igitur sine causa (vt diximus) propheta git
cymino adnexuit: quando alterum altero lætatur pinguiusq; ado-
lescit: atq; in bonam frugem perducitur.

Gaius pro Caius.

XX.

Gaius p
Caius.



C. p. G.
g. pro. c.

Nter. c. & g. littera tanta est in prolatione affinitas
& similitudo: vt non alia re inter se distent quā exi-
litate & aspiratione: quæ quidem affectiones: quæ
admodū in libello quem de vi & potestate litterarū
ædidimus disputatū est: non possunt litteras pprie
in diuersas species collocare. C. nāq; tenuior: atq;
exilior est. G. vero spissior aspiratioreq;. Ex quo fit, vt nonnūquam
altera pro altera poni possit. Non id quidē temere: sed aut per deri-
uationem: aut per interpretationem. Per deriuationē in quam: vt
quod clades dicatur a gladio. Per interpretationē: vt pro eo quod
græce dicitur cobio, cnosos, cnidos per. c. litteram in principio &
cicnus in medio dictionis: latini per. g. dicūt gobio, gnosos, gnidos,
cignus. Atq; e contrario pro eo quod illi dicunt gortynos & gorti-
nius: nos cortynos & cortynius per. c. litteram scribimus & enūcia-
mus. Nihil igitur mirādum est si pro eo: quod latini dicunt Caius:
quod aliquando est prænomen aliquando nomē proprium. Pau-
lus in calce Epistolæ quam scripsit ad Romanos: & in prima Epi-
stola ad Corinthios, cap. i. & Lucas in historia apostolica, cap. xix.
& xx. & Ioannes in Epistola. iij. Gaius per. g. litteram scriptita-
rint. Causa autem in hoc nomine vertendi, C. in. G. illa nimirum
fuit: quod quemadmodum scribit Seruius in primum Georgi-
corum Vergilij librum: tria sunt nomina: apud latinos quæ scri-
buntur per. C. & proferuntur per. g. hoc Cneus, Caius, Amur-
ca, Gneus, Gaius, Amurga. In hoc ergo nomine vertendo
Græci potius voluerunt transferre vocem quam litteram: hoc est
Gaius per gama: quā Caius per capa. Quod vero Caius no-
men sit latinum nemini dubium est: significatque dominum: vno

Gaius.
Caius p
dñs.

de extant adhuc verba illa puellarum ad viros in sponsalibus contrahendis: vbi tu Caius; ibi ego Caia, hoc est vbi tu dominus; ibi ego domina. Sed esto græci Gaius per .g. litteram scribant; quæ ratio poterit excusare latinos cum suam dictionem ex græco rursus interpretantur; quin per .C. litteram representent tãetsi quemadmodum diximus per .g. proferunt;

Herba fullorum siue borith.

XXI.



N malachia propheta cap. iij. legimus. Ipse enim quasi ignis conflans; & quasi herba fullonum, & sedebit conflans & emundans argētum; & purgabit filios leui. Quæ sit hæc herba; nemo adhuc quod ego sciam explicauit. Hebræi hoc in loco & in Ieremia cap. ij. habet borith. Si laueris (inquit) te ni-

tro; & multiplicaueris tibi herbam borith. Vtrobique illi per borith saponem intelligunt; quibus enarratores nostri omnes prope modum astipulantur. Interpretes tamē: quia herbam utrobique adijciunt; suspicamur Borith non simpliciter esse saponem; quod fere ex cinere calce viua; oleoque conficitur; sed herbam quæ sit in sermone hispano xabonera; & cuius cineres in pastillos redacti siue lixiuio ipsius cineres adhibiti maculas lintheorumque sordes abstergunt. Siue igitur borith sit sapo; siue herba saponaria; siue simpliciter smegma quoddam quod vim purgandi sordes habeat; recte coheret utriusque prophetæ sensus. Quare non sunt audiendi; qui herbam fullonum interpretant illa carduorum capitula; quibus ad peccendas vestes utuntur lanarum; ex eo fortasse decepti quod putarunt fullones esse qui lanicium ad vestes conficiendas exercent; per ailes hispani vocant; cum sint potius qui vestes laneas siue lintheas abluunt; maculasque & illarum sordes abstergunt. Martialis in disticho cuius index est Strigiles.

Pergamus has misit; curuo distringere ferro

Non tam sæpe teret linthea fullo tibi,

Vulpianus in titulo de furtis. l. itaque fullo. Fullo (inquit) vel sarcinator; qui polienda; vel sarcienda vestimenta accipit. In marco euangelista cap. ix. Vestimenta (inquit) eius facta sunt splendida & candida nimis velut nix; qualia fullo non potest super terram candida facere. Apologus est præterea phrygii fabulatoris æsopi de carbonario & fullone. quibus in locis manifestum est fullonem non eum significare qui lanicium exercet; aut lanam carminans; aut ad

Herbã fullonum siue borith

Borith a Sapo.

Borith non solũ sapo sed herba.

Smegma

telam perducens aut textam inficiens: sed eum potius: qui vestes
 Gnaphea siue: lintheas; siue laneas abluir. Ex quo fit: vt gnaphea per. g. in lin-
 Cnaphea gua græcorum comuni; siue cnaphea per capa in attica perperã
 per capa. verterint interpretes in fullonẽ; nec tamen eum significat: qui instru-
 Quæ for mēto illo senticoso: atq; ex carduorum capitibus cōpacto floccos
 des vesti- ex lanea tela decutit: quã eũ qui nitro; aut cymolia creta; aut aqua
 um ablu- ex saluiato. aut herba saponaria; aut alio quouis medicamēto; quod
 ant. uim smegticã; hoc est purgatiuam habeat maculas sordesq; vestiũ
 Gnaphe- dens afferat gnapheos eytymon; a gnapho; hoc est carduo: quo-
 os. niam ea herba vtitur in decutiẽdis ex lanea tela floccis: vnde etiã
 Etymon sit herba Plinio gnaphaliõ a tomenti similitudine & quod ei⁹ villis
 Gnapha pro tomento vtuntur: vt me semel ab hac quæstione absoluiam:
 lion. permittam illi gnapheus siue fullo sit etiam ille lanearum telarum
 depexor; dũ modo sciat in locis quos supra memorauimus longe
 aliud significare.

Iesus.

XXII.



Iesus.
 iehosuah
 Iesus gre-
 ce.
 Iosueloti-
 nã dicit.

Septuagi-
 ta inter-
 pretes pri-
 mi sacras
 lras ingre-
 cū sermo-
 nẽ vtere.

Græci nõ
 cictum fle-
 ctũt xlti-
 mas di-
 ctionum
 syllabis.

Qvod hebræi iehosuah vocant græci in Iesum la-
 tini in Iosue verterunt. Ratio autem tantæ in eo-
 dem nomine diuersitatis illa nimirum est: quod qui
 dictiones hebraicas in aliam linguam interpretati
 sunt; ad molliendam barbaræ vocis duriciem: alii
 aliam rationem secuti quasdam litteras penitus ex-
 punxerũt: quasdam adiecerũt: alias non nunq; in alias commuta-
 runt. Septuaginta nãq; interpretes qui primi sacras litteras ex he-
 bræo in græcum sermonem vertere sunt ausi; ex iehosua iesum fa-
 cere; expuncta videlicet he littera cum apice holem: quod & alijs
 compluribus in locis fecerunt: præcipue in tribus illis litteris; quæ
 sunt græcis & latinis omnino incognitæ; hoc est he, beth, hain; quas
 aliquãdo retētis apicibus; aliquando cum suis apicibus dispunxe-
 runt; id quod discurrentibus per nomina sacrae scripturae licet vi-
 dere. Sed cur græci huic particulæ terminationem in. us, syllabam
 per oy, diphthongon dederint; atq; in eadem accentum circumfle-
 xum collocarint; non potui reperire quem quam qui mihi diceret
 Sed cum græci nunquam circumflectant vltimas dictionum sylla-
 bas; nisi sint contractæ ex synæresi; neq; ex quacũq; synæresi; sed ex
 ea tantum quæ sit ex acuta & graui; cepi inquirere an eiusmodi

essent in Hebræo syllabæ: quæ possent per syneresim in vnam syllabam coagmentari; in quod manifeste deprehensum est cum in iehosua in penultima sit accentus acutus & in vltima grauis: ex quibus cōtractis coalescit syllaba; in qua desiderat circūflexus accētus collocari. Latini vero in interpretanda hac particula aliam rationē secuti sunt. Nam in iehosuah ex prima syllaba apicem seba extriuerunt; & ex secūda aspirationē, & sic ex iob & holem fecerūt io, hain vero quod in fine erat cum subiecto patha verterūt in, e, quod alijs quoq; multis in locis factitarunt, vt in bethsabab bethsabe, bethsabab beerfabe, suah sue, balah bale, oseah osee. Atq; ita conflatū est Iosue nomē accentu acuto in penultima. Cum itaq; Iesus meram habeat græcam litteraturam; necesse est per omnes casus vltimam circūflectat; eandemq; ex cōsequēti producat; atq; accusatiuum per, n, litteram non per, m, finiat; & in summa ad proportionē græcorum similiter cadētium declinetur. Cūq; idem sit Iesus græce qd Iosue apud latinos obseruatum est; vt in omnibus codicibus qui ex græco venerunt in sermonem latinū; nūq; dicatur Iosue sed Iesus in ijs vero quæ venerūt ex hebræo; tum Iesus; tum Iosue sit in vsu. Quare in toto nouo testamēto; quia ex græco sermo ad nos venit nūq; Iosue; sed Iesus semp reperit. Ecclesiasticus quoq; atq; duo Machabeorū libri; quia omnino græci sunt; nunquā nominant Iosue; sed Iesum. In alijs veteris instrumēti libris prope semper Iosue nominat; præterq; in Abbacuc & Aggeō & Zacharia & Ezra & Neemia. Illud quoq; non est dissimulādum autores qui sequūtur hebræos Iesus protulisse bisyllabum; qui vero græcos trisyllabum quoniam apud hos, i, semper vocalis est; apud illos in hac particula semper consonans reperitur.

Iosue accētū acuto in penultima, Ex libris qui venerūt ex græco sermone in latinum Iesum dē qui ex hebræotum Iosue Iosue Iesus apud hebræos bisyllabum apud græcos trisyllabum

Ioannes pro iona,

XXIII.



Pro eo qd Mattheus scribit de Petro apostolo beat⁹ Iosue qd Mattheus scribit de Petro apostolo beat⁹
es Simō bariona, apud Ioannē legimus Simō Ioā-
nes diligis me plus his. Ex qua lectionis diuersitate
neceſſe est alterū e duobus fateri; aut patrē Petri
fuisse binominē; hoc est cognominatū Ionā & Ioā-
nem; aut in alterutro euāgelista scripturā esse vitiatā. Fuit tempus

Ioānes p
iona,

Iona.

Bariona. quo ego existimabam illud quod Matthæus dicit Bariona: hoc est
 fili iona. Iona abscissum esse ab eo quod est iohanna: idque mihi per-
 suadebam tum autoritate Chrysostomi qui lectionem illam agno-
 scit: tum ex eo quod græci & latini transferentes nomina hæbraea
 in suas linguas aliquando abijciunt aspirationem simplicem siue du-
 plicem retento apice; aliquando dispungunt vtrūque: hoc est litte-
 ram simul & apicem. quemadmodum pro eo quod hebraei dicunt
 iehosuah. græci extrita he littera cum suo holem: dicunt Iesus. La-
 tini vero seba dispungunt cum aspiratione sequentis syllabæ scripse-
 runt Iosue. Atque pari modo ex iohanna expuncta aspiratione cum
 suo apice potuisse fieri Iona: id quod Augustinus videtur significa-
 re de concordia euāgelistarum. Cūque in ea essem opinione idque alle-
 uerate defenderem: perfudit os meum rubore per quam Reuerē-
 dus in christo pater ac clementissimus dominus & patronus meus
 Cardinalis Hispanus qui mihi ex codice græco monstravit in euā-
 gelio Ioannis non esse legendum Simon Ioannis, sed Simon iona
 subaudi filius: quod est cōsentaneum ei quod Matthæus scripsit,
 Simon bariona: æque iona filius.

Simon
 Ioannis p
 simon io
 na.

Lustrum.

XXIII.

Lustrum
 Error re-
 cētior.



Quique
 nale tēp
 vnde dica
 tur.

St ille publicus error: in quem video omnes quos
 vnquam legerim aut audierim turpiter lapsos: de recē-
 tioribus loquor: nam cum his tantum mihi certa-
 mē est: qui dicunt lustrum constare spacio quinque
 annorum. Citantque stulticiæ suæ testes nō infimæ
 autoritatis Lucanum imprimis de bello decēnali
 Cæsaris in gallia. Pugnātem (inquit) geminis tenuit te gallia lu-
 stris. Ouidium: qui bellum Troianum quod per totidē annos du-
 rauerat: bilustre quoque appellauit. Illud quoque Ecclesiasticū lustra
 sex quā iam peracta tempus implens corporis. Afferunt præterea
 Varronis testimoniū de origine linguæ latinæ. Tempus (inquit)
 nominatum tempus quinquēnale a luēdo: id est soluēdo. quā quin-
 to quoque anno vectigalia & tributa per censores soluēbantur. Diffi-
 cile est tantorum virorum autoritati repugnare: sed multo diffi-
 cilius reclamanti obsistere veritati. Quis enim ignorat bisextilē
 diem quarto quoque anno intercalari: Plinius libro. ij. naturalis hi-
 storix: Per singulas (inquit) intercalationes vno die antecedentibus
 rursumque lustra sequenti ordine seruantibus, & paulo post, Redi-

re (inquit) easdem vices quadriennio exacto Euxodus putat: & est principium lustris eius semper intercalari anno caniculæ exortu. Intercalationem quoque eam lustro; id est quadriennio fieri Ovidius in. iij. fastorum volumine scribit in hunc modum.

Is dies senos tercentum & quinque diebus

Iungit: & e pleno tempora quarta die.

Hic anni modus est: in lustrum accedere debet;

Quæ consumatur paribus vna dies.

Quid quod omnes docti simul: & indocti fatentur lustrum latine dici: quam græci vocant olympiada: Nam & Papinius pro olympiade lustrum posuit dicens. Non aliter cum piæo sua lustra tonant cum redeunt. Sed quod olympias tantum quattuor annos complectatur: licet animauertere cum alijs in locis: tum in Eusebii chronico: ubi per quaternos annos olympiades digerit. Vnde igitur or-

Lustrum a latinis est quod a græcis Olympias quæ. iij. annos complectitur.

tus est tantus error: ut pro quattuor quinque accipiantur: Ex eo nimirum: quod termini accipiuntur pro intervallis. Sic dicimus: quia diapason consonantia constat ex octo vocibus: cum intervalla sint tantum septem: hoc est quinque toni & duo semitonia: sic quod ab octavo in octavum est dies dominicus: cum tamē in hebdomade sint tantum dies septem. Pari quoque ratione cum dicimus a quinto in quintum annum debere diem bisextilem intercalari: illud nimirum intelligim⁹ quod ea intercalatio exacto quadriennio quolibet debeat fieri in eo: qui est quadrienni præteriti finis: & initium sequē-

Vnde oritur error: ut p. iij. quinque accipiantur.

tis. Quam differentiam nescio an satis latine isti solent facere per hæc aduerbia exclusiue & inclusiue: ut sint in lustro quinque anni exclusiue: quattuor vero inclusiue. Sic febres tertianas quartanasque vocamus. non quod illas tertio: aut quarto quoque die contingat accedere: sed quod a tertio in tertium: aut a quarto in quartum ægrotantes corripiant. Hinc est quinta illa tychonij regula quam Augustinus in iij. de doctrina christiana volumine adducit ad intelligēdū com-

Cur febres tertiane & quartane dicuntur.

plures ex scriptura locos: cum per tropum synecdochen: aut a parte totum intelligimus: aut e contrario a toto parte. ut quod in transfiguratione domini alter Evangelista scribit: quod post dies octo assumpsit Petrum Iacobum & Ioannem. Alter vero post dies sex factum fuisse dicit. Vtrūque verum esse non posset: quod de numero dierum dictum est: nisi alter dies primum & ultimum imperfectos: alter sex medios integros accepisset. Hinc etiā soluitur illa de

Tychonij. v. regula.

D

Questio
De christi
resurrectione
soluitur.

Lustrum
continet.
annos. iiii
& .v.

Quo tempore
natus est christus
& passus.

Moses an
moyses.

Christi resurrectione quaestio: cum non fuerit in sepulchro nisi ho-
ris sex & triginta adiectis tribus ex quo expirauit: quomodo dici-
mus quod resurrexit die tertio? Nisi enim vltima diei pars in qua
passus est & prima in qua resurrexit pro integris accipiantur: non
esset verum: quod die tertio resurrexit a mortuis. Sed esto lu-
strum pro quicquid annis: hoc est quattuor annis exactis & quinto in-
choato accipiatur: esto bellum gallicum sit a Caesare duobus lustris
exactis & tertio vertente peractum: aut octo medijs annis peractis
primo & nouissimo imperfectis: nonne ex regula Tychonij vtrūque
verum esse potest: & quod lustrum continet annos quattuor & an-
nos quicquid; & duo lustra annos octo & annos decem: Quod vero
sex lustris exactis Christus ad passionem venerit: nulla Tychonij
regula defendi: nulla ratione excusari potest. Sex namque lustra quat-
tuor & viginti annos complectuntur. Atqui ecclesiastici autores par-
tim anno tertio & trigesimo: partim quarto & trigesimo. aetatis
passum affirmant: hoc est lustris octo peractis & nono inchoato. Quod
lustrum idem est quod olympias: id quod omnes fatentur; a christi
die natali ad eius passionem: octo integre olympiades supputan-
tur. Natus est enim anno tertio centesimae nonagesimae quartae
olympiadis: passus vero tertio anno ducentesimae secundae olym-
piadis (hoc est) anno duodeuigesimo principatus Tyberij caesaris.

Moses an moyses.

XXV.



Aepe mihi dubiam traxit sententiam mentem in eo: quod
idem a viris doctissimis percontatus sum, unde
y. psilon littera hebraeis: atque latinis in cognita in
hoc nomine Moyses irreperit. Nam cum apud he-
braeos Moyses scribatur: atque legatur per mem im-
posito apice holem: deinde per sin subiecto segol &
in fine cum simplicia aspiratione: mirum unde potuerit in hanc par-
ticulam y. psilon conflare. Atqui apud Latinos autores nusquam Moy-
ses: sed semper Moyses legitur. Plinius libro. xxx. Est (inquit) & alia
magicæ factio a mose etiam num & latopea iudaeis pendens. Iusti-
nus quoque ex trogo Pompeio libro. xxxvi. Post damascum (inquit)
Abraam & Israel & Moyses reges fuerunt, & paulo post filius Iosephi
Moses fuit. Neque enim de fide historiae nunc agitur: sed de puritate
sermonis, & ne quis cauillari possit: litteram librariorum vitio fuisse
dispunctam: Iuuenalis syura. xiiij. versum hexametrum spondeo

claudens dixit. Iudaicum ediscunt & seruāt ac metuit ius Tradidit
 arcano quodcūq; volumine Moses. Obseruatum quoq; est apud Moses
apud poe-
tas xp̄ias
nos.
 Iuuenicum in euāgelica historia: & apud Aratorem cardinalem in
 actibus Apostolorū & apud Prudentium in varijs operibus sem-
 per Moses & nunquā Moyses legi. Apud autores tamen græcos Moses &
moyses
in differē-
ter legi a
pud græ-
cos.
 vtrūq; indifferēter tamē legitur. Cum itaq; in eo essem articulo: vt
 putarem in hac dictiōe. y. psilon fuisse interiectum: venit mihi in
 mentem legisse apud non contēnendę autoritatis scriptores: fuisse
 apud iones diphthōgon ex. o. mega. & y. psilon coagmētatum: in
 qua. y. psilo tali modo proferretur: qualis sonat in au. & eu. diphtho-
 nis: vt si ab hac particula ouis detrahas is. Vnde fieri potuit: vt in
 principio a græcis Moyses per. oy. diphthongon scriberetur: dein-
 de soluta diphthongo Moyses trisyllabicos proferret: sicut ecōtra-
 rio in ephrain & issai ai vocales solutas in ai diphthongon cōmuta-
 runt: ephrē & iesse enunciantes. Declinatur autē: hoc nomē apud Moyfis
varia des-
clinatio
nes.
 sacrarum litterarū autores græcos varijs modis. Moseus: & Moy-
 seus per eus diphthongon & Moses siue Meyses per eta. ab eo qđ
 est Moseus & Moyses fit in genitiuo Moseos & Moysesos. in da-
 tiuo Moysei per ei diphthongon & Moyseni. in accusatiuo Mosea
 & moysea. in vocatiuo Mosen & moysen. ab eo quod est Moses
 & moyses genitiuus facit Mosu & moysu. datiuus Mose & moyse
 per eta. accusatiuo Mosen & moysen. vocatiuo o mose: vel moses
 o moyse vel moyses. Ab eo quod est moseus & moyseus latini do-
 ctōres imitati moses mosis & moyses moysis & in datiuo mosi &
 moysi & in accusatiuo mosen & moysen. facere potuerunt quem
 admodum a tideus tides ab achilleus achilles. vlysseus vlysses. a per-
 seus perfes. Ab eo quod est Moseus iuuenicus libro quarto de euā-
 gelica historia facit in accusatiuo Mosea. cum dixit Mosea qui le-
 gum posuit præcepta iubere. Nam quod in pentatheuco legitur
 frequenter locutus est dominus ad Moysen: ab eo dicitur quod est
 moyses moysu. Quodq; frequenter in sacris litteris vsurpatur
 Moysi in genitiuo datiuus est pro genitiuo: nam datiuus est Moysi Datiu9 p
genitiuo
 siue per eta in fine ab eo: quod est moyses moysu moysi. Iam vero
 datiuum poni pro genitiuo figura frequens est apud poetas: quod
 & Priscianus testatur de his nominibus quæ ad tertiam declinatio-
 nem latinam reducuntur. Quemadmodum vero ab achilleus dici-
 mus doctores secuti achilles achillis achili. & inde Vergi. pri. ænei.

D ij

Troas reliquias danaum; atq; immittis achilli: pro achillis. & ab vlysseus vlysses vlyssi. & inde idem autor in. ij. eiusdem operis. aucturi miles vlyssi pro vlyssis: ita ab eo quod est moyseus latini potuerunt facere moyles moysis moyli: & in genitiuo moyli pro moylis. Hæc idcirco sunt a me tam multis: vt quodam modo excuseretur quod in introductionibus meis pposui declinationem barbaram: per quam dixi hoc nomē declinari. Illud quoq; aduertendum est omnes casus huius nominis circūflectere vltimam apud græcos: & qui illorum declinatione vtimur etiam apud latinos. Sed quod in recto vltima circūflectatur nōdum mihi liquet: cum apud græcos nunc id contingat: nisi ex acuta & graui fiat syneresis: id quod in nomine Iesus diximus.

Moyli casus omnes circūflecti apud græcos.

Mænianum quid est.

XXVII.

Mænianū quid est.



Nezra volumine Cap. vi. legimus q̄ Cyrus Rex iussit extrui mænianum in domo domini. Sed quid mænianum sit: aut vnde sit appellatum dubitabit fortasse quispiam. Sextus festus Pompeius. Mæniana (inquit) edificia a mænio sunt appellata: qui primus in foro vltra colūnas tigna proiecit: quo ampliarentur superiora spectacula. Hic est ille mænius: qui post bona patris absumpta colūnam sibi seruauit vnde ludos spectaret. De quo Horatius in. i. epistolarū. Mænius: vt rebus maternis; atq; paternis. Atq; alio in loco mænius absentem nonium cum carperet; quem locum enarrans Porphyrio. Mænius (inquit) scurrilitate notissimus post abrosū patrimonium vendidisse domum: quam habuerat ad domum spectātem vna sibi exempta colūna vnde gladiatores spectaret: quæ ex eo mæniū colūna vocabatur. De qua Lucilius mænius (inquit) cum colūnam peteret. Asconius quoq; pedianus in Ciceronis diuinatione actionum verrinarum exponēs illud ad colūnam mæniam. Mænius (inquit) cum domū suam venderet. Cato ni & Flacco cēforibus: vt tibi Basilica ædificaretur: exceperat ius sibi vnius colūnæ super quam tectū proijceret: & prouolatibus tabulatis ipse & posteri eius spectare munus gladiatorū possent: quod etiam tum in foro dabatur. & subdit. ex illo igitur colūna mæniam vocitata est. Mæniani meminit Valerius maximus in titulo de morti

Colūna mæniam.

bus non vulgaribus. C. Lucinius (inquit) dum sententiæ dicerentur in menianum conscendit. Vitruuius quoque libro. v. in principio. Mæniana (inquit) in superioribus coarationibus collocentur. Hieronymus in epistola ad Suniam & Fretelam exponens illud psalmographi. Factus sum sicut passer solitarius in tecto. doma in orientibus prouincijs dicitur ipsum; quod apud nos tectum. In ægypto (inquit) & in palestina ubi: vel scripti sunt diuini libri: vel interpretati: non habent in tectis culmina: sed domata que Romæ solaria; vel mæniana vocantur. i. palatia tecta quæ transuersis trabibus sustentantur. denique & in actibus Apostolorum ascendit (inquit) in doma. Labolenus in titu. de verborum significatione. l. malum. quale genus ædificij sit ostendit dicens. Inter proiectum (inquit) & immissum hoc interesse labeo ait. quod proiectum esset in quo ita proueheretur: ut nusquam requiesceret qualia mæniana subgrudaria essent. i. tecti partes impendentes ad parietum munitiões. Vulpianus quoque in titulo ne quid in loco publico. l. ij. c. Cum quidam (inquit) in mæniano velum immissum haberet: quod vicini luminibus officiebat. In codice præterea Iustiniano titu. de ædificijs priuatis. l. mæniana (inquit) siue olim constructa. siue in posterum construenda. Accursus quemadmodum & Hieronymus mæniana solaria interpretatur: sed quod a mænibus dicatur nemo præter ipsum dixit.

Doma
Factum:Proiectum
immissum.Mæniana
nū a mænibus
so
19 Accur.
dixit.

Meditor pro exerceor. XXXII.



Editor. aris: non modo significat id: quod habet in promptu: hoc est cogitare: sed plerumque pro eo quod est exercere accipitur: ut apud Iuuenalem. Fuscus marmoria meditat⁹ prælia villa. idem & statua meditatus prælia lusca. Plautus in sticho. Simul ad cursum meditabor me ad ludos olympiæ. Vergili. quoque. ij. geor. Iuno pestem meditata iuuencæ. In hac significatione accipitur illud ex Genesi cap. xxiiij. ubi legimus Isaac exisse: ut meditaretur in agro. Nam quod Nicolaus exponit ad orandum: rectius dixisset ad arandum: nam eo in loco potius actum corporis quam mentis cogitationem intelligit. Quale est illud Prouerbiorum Cap. viij. Sicut pullus hirudinis clamabo: meditabor: ut columba. & illud Esaie. lxviij. Veritatem meditabitur guttur meum. quod utrumque cum voce siue cantu quodam sit: ut non male intelligatur quod in psalmo legitur: in lege eius meditabitur die ac nocte: &

Meditor
pro exer
ceor.Nicolai
nō recta
interpre
tatio.

D iij

quod hymnographus scribit semper in psalmis meditemur: pro eo quod est ad cātum siue in cantu exerceri, quemadmodum apud Vergilium in bucolicis Siluestrem tenui musam meditaris auena, Atq; Agrestē tenui meditabor arundine musam, & illud, Omnia quæ phœbo quondam meditāte beatus Audit euroras iussitq; ediscere lauros ille canit, In græco quoq; in illo loco egressus fuerat ad meditādum in agro; habetur adolefchese, i. ad exercēdum,

Melita,

XXVIII.

Melita.



Natanti Paulo apostolo ex illa tempestate quā describit Lucas in apostolica historia, ca. xxvij, occurrit insula melita, & cum euasissemus hinc cognouimus quod insula melita vocabatur. Hęc nāq; est vera lectio; atq; sic ex græco vertit interpret; non quod in quibusdam codicibus latinis legitur tum mityline; tum miletus; tum melitene. Nam mitylene nō est in sula; sed ciuitas est lesbi insulæ contra troadem positæ; distās a melita nō minus octingentis millibus passuum. Miletus quoq; non est insula; sed oppidum in ionia in signe patria Thaletis illius; qui fuit vn⁹ idemq; primus ex septem sapiētibus, ac præterea Timothei musici & anaximandri phisici, distatq; a melita nostra passibus aliquanto plurib⁹ q̄ mitylene. Melitene vero ciuitas est cappadociæ; quā præter fluit Euphrates fluuius, Ex plinio, strabone, Martiano cæterisq;. Distat autem melitene a melita duplo amplius q̄ miletus & mitylene. Est autem melita insula inter Siciliam & Aphricā distans a syracusis quo ex melita, Paulus ad nauigauit passus circiter centū mille, hodie appellatur maltha Siciliae regno cōtributa, de qua Ptolomæus pelagiæ (inquit) insulæ in Aphricam & Siciliam hæ sunt Cosyra & glauconis insula & melita in qua ciuitas eiusdem nominis. Strabo præterea libro, vi, in descriptione insularum Siciliae adiacētū, Imminet autē pachino melita de qua catelli portant; quos meliteos vocāt, Plini⁹ quoq; lib. iij, In siculo (inquit) freto sunt insulæ in Aphricā versæ gaulos & melita a camarina octoginta quatuor millibus passuum distans, Atq; vt omnis de nomine huius insulæ tollatur ambiguitas; Arator cardinalis cuius autoritatē ecclesiæ romona præfert; non modo Hugoni concardinali Mamotre/cto; & Nicolao; qui dicit mitylene esse litterā correctam cum nihil sit corruptius; sed reliquis omnib⁹ neotericis qui sacre scripturæ locos conati sunt enarrare, Is nāq; in, ij, volumine apostolicæ histo

Nicolaus corrupta dictione approbat.

riæ ubi hæc partē euāgelista prosequitur: heroicis carminib⁹ sic ait,
 His dictis ruit ira maris; sublataq; dudum
 Lux reuocata micat; velamine noctis aperto,
 Pandere visa solum: quod præbuit hospita nautis,
 Sicanio lateri remis vicina Melite.

Sed aduertēda est varietas inter duos egregios autores in syllabæ
 quātitate. Arator nāq; secut⁹ accētum græcum penultimā produ ^{in syllabæ}
 xit; quod & in alijs locis fecit; nam vltima longa existēs apud græc⁹ ^{quātitate}
 cos non vult accētum acutum in ante penultima collocari. Ouidi⁹ ^{diuersti-}
 tamen in. iij. fastorum eandem breuiavit dicens, ^{tas.}

Fertilis est Melite sterili vicina Cosyræ,

Insula; quā libyci verberat vnda freti. Micol p merob: XIX.



N testamēto nouo quosdā esse locos: in quib⁹ aliæ ^{Micol p}
 personæ p alijs legunt: nescirivero causas tātæ va ^{merob.}
 rietatis idētidē dixim⁹: sed & nūc dicimus in veteri ^{merob.}
 quoq; tale aliqd reperiri; vt qđ in secūdo Regū vo
 lumine. ca. xxi. legit micol p merob: Tulit (inquit)

Dauid rex duos filios Respha quos peperit Saul
 admoni & miphiboseth: & quicq; filios micol filiæ Saul quos genuer
 rat Adrieli filio Berzellai; & dedit eos in manus Gabaonitarū: qui
 crucifixerūt eos in mōte coram dño. Hic manifestū est micol p me
 rob positā esse. Nā cōstat saul duas genuisse filias Merob primā: &
 alterā micol ex. i. Reg. cap. xiiij. Deinde dedisse merob filiā maiorē
 adrieli molathite: & micol filiā minorē Dauid pactā preputijs cētū
 philistinorū: ex. i. Reg. ca. xvij. quā postea abduxit a dauid: & tra
 didit phalti filio lais. ex. i. Reg. cap. xv. Quā rursus Dauid abstra
 ctum aphalti domū reduxit ex. ij. Reg. ca. iij. Quomō igit fieri po
 tuit; vt micol filios generare potuerit adrieli: qui traderētur gabaon
 itis: Quod si quis piā dixerit micol repudiatā rursus a Dauid: qđ
 nō est credibile: & susceptā ab adriele: tpa vident̄ obstare; sed illud
 imprimis qđ scribit̄ in. ij. ca. Reg. vi. Micol filiæ Saul nō est nat⁹ fi
 lius vsq; in diem mortis suæ. Hebræus quidā legis: atq; antiquita
 tis hebraicæ satis peritus dicebat mihi: merob illos quinque viros ge
 nuisse phalti: sed micol adoptasse sibi. Sed hoc est violētā inferre
 lectioni quæ dicit qđ illos genuerit adrieli. In vtriscq; igit codicib⁹
 hebræis & latinis (nam græcos nobis videre nō cōtigit) mēdū est

Micol pro merob,

Mygale quid,

XXX,

D iij

Mygale
quid.



Inter immunda animalia legislator in Leuitico cap. xi. Mygalem numerat. hec inquit inter polluta re putabuntur de his quae mouentur in terra; mustela. & mus. & crocodylus. mygale. chamæleon. & stellio. Sed cum mygalē oēs interpretentur murē arachneū:

Mygale
non mus
arachneū
est.

bestiola sit cum rato inueniatur. Plinius libro. viij. scribit. muribus arachneis venenatum esse morsum; eosdemque vltiorem regionē apoeni nam non habere; eosdemque vbi cūque sint si transierint orbitam interire. Iulius firmicus libro matheseon. viij. in arietis (inquit) parte. xvij. qui habuerit hora scopum a modica bestiola: id est aut phan-

Nygale
vñ dicat.

langio; aut a mure arachneo; aut a scorpione morietur. Mygale vero dicitur græce a mys; quod est mus; & gale quod est mustella; quæ muris magnitudine sit; mustelina specie; rostro oblongo; cauda gracili; ordine dētium quadruplici; vt autor est Aetius. Frequēs in britania in sula; sicque ab insulanis hodie appellatur. Galenus libri. xi. de medicina simplici cap. xxv. & in libello de cetaurea quasi de venenatae bestiolæ morsu meminit; nisi quod illius interpres mygalē

Mustelæ
descrip-
tio.

in mustelam vertit; cum mustela longe aliud sit a mure arachneo. Scribit præterea Herodotus libro. ij. de rebus ægyptijs; quod cum mygalæ moriuntur, ab illis in buthon urbem humani gratia aspor-

Mustela
non est
m9 arach-
neus.

tant; vt merito. Moses huius bestiolæ meminert; quippe qui octo-

Buthon
Moses.

ginta annos fuerit in ægypto. nam ea ætate dux itineris factus ab ægyptia seruitute israeliticum populum asseruit.

Lxxx. an-
nos māsit
in egypto.

Non adiecta; aut detracta. XXXI.

Non adie-
cta.



Non particula negatiua in plerisque locis adiecta siue detracta non modo perturbat sensum; verū etiam lectorem in cōtrariam sententiā trāsuersum rapit. Cuiusmodi est illud quod Moses scribit Geneseos cap. viij. Aperuit inquit Noe fenestram arcæ quā fecerat & dimisit coruum; qui ibat & non reuerte-

batur. Atqui in hebræo; & in codicibus vetustis longobardis goticis inter poenos & latinis non particula detracta est; qui ibat (inquit) & reuertebatur. qui est sensus manifestus & lectioni cōsentaneus; quia videlicet cum terra esset aquis vndique obruta; non inueniens vbi cōsisteret; ibat & reuertebatur ad arcam; idemque idētidem fecisse; ostendit tempus præteritum imperfectum. Nam si coruus reuert-

sus non fuisset: potius diceret per præteritum perfectum iuit & nō est reuersus. Quid post coruum columba dimissa quoquo versus volitās nusq̄ vbi comquiesceret inueniens ad arcā rediens: & post septem dies iterum remissa surculum oliuæ detulit: vt credibile sit tantum arborum cacumina coepisse comparere. Quod si coruo aliqua consistendi causa fuit: non potuit esse alia quam cadauer aliquod inuētum innatās super aquas. Itaq̄ nō in eo labaramus nūc vtrum coruus redierit: an non redierit: sed vt veritatem hebraicam defendamus: cui astipulantur codices per vetusti: refragātur noui. Sed quēadmodum in lexico iuris ciuili scripsimus non quoq̄ particula adiecta mētem legislatoris in contrarium vertit. Iurisconsultus: nāq̄ scribēs in titulo de officio proconsulis; legatus (inquit) mā data sibi iurisdictione iudicis dādū ius non habet. Cæterum in pandectis florentinorū archetypis non particula non habetur: adnotante Angelo politiano cui sæpe data est copia libros illos prototypos in specienda. Sed an iudex delegatus habeat facultatem subdelegādi: viderint iuris periti: nos veterem lectionē tuemur. E diuerso quoq̄ eadem particula non minus in contrarium legis equitatem mutat: vt libro digestorum vnde vigesimo in titulo: qui est de præscriptis verbis. l. non solent. sic enim legendum est: non vt omnes codices vulgo habent: solent. Non solent (inquit) qui nouerunt seruos fugitiuos alicubi celari: indicare eos dominis vbi celentur: quæ res non facit eos fures. Quod si legas solent qui nouerunt. &c. Erit sensus legis non modo iniquus & iniuiliis: verum etiam falsus: & a mente iurisconsulti alienus. Quis enim furem appellauerit eum qui scit seruum alicuius apud fugitiuarium delitescere? Quid quod Innocentius in titulo de furtis cap. quicum fure partitur in calce commē tationis citat hanc legem sub hac lectione non solent: qui nouerūt. quod ipsum argumento est: suo tempore digestorū libros nōdum fuisse vitiatos: quales nunc reperiuntur.

Onocrotalus.

XXXII.



Ro eo quod apud hebræos Levitici cap. xi. legitur caath. Septuaginta primum: atq̄ deinceps reliqui interpretes græci & latini onocrotalum transtulerūt. Inter aues nāq̄ quibus vesci per Mosen deus prohibet hebræos caath: hoc est onocrotalum nominat. De auib; (inquit) comedere nō debetis onocrotalum &

Onocrotalus.
Caath.

porphyrionem & herodionem. Atq; iterum in Deuteronomio,
 cap. xiiij. Immundas aues non comedetis porphyrionem; scilicet: &
 nycticoracem, onocrotalum & charadrium. Onocrotali quoq; me-
 minit Esaias cap. xxxiiij. Non erit (inquit) transiens per eam; &
 possidebunt illam onocrotalus & ericius. Plinius libro. x. naturalis
 histo. cuiusmodi auis illa sit his verbis ostendit. Olorum similitudi-
 nem onocrotali habent; nec distare existimarētur omnino; nisi fau-
 cibus ipsis inesset alterius vteri genus. huc omnia inexplebile ani-
 mal cōgerit; mira; vt sit capacitas; mox perfecta rapina sensim inde
 in os reddita inferam in aluum ruminantis modo defert. Hæc pul-
 cherrima dictu sunt; sed nihilo plus afferunt utilitatis quam si nihil
 diceretur. Neq; enim satis est audire quod sit auis cyno similis; cum
 sit nostratibus cygnis duplo maior; tãetsi illis aliquo modo sit persi-
 milis. Nam quod Plinius scribit nihil ab oloribus distare; nisi fauci-
 bus ipsis inesset alteri⁹ vteri genus; quid per vterum ipse intelligat
 satis liquet; non tamē per nomē designatur; quod ipse vult. hoc est
 ingluuiē; quæ a græcis prolobos dicitur. Est autem ingluuiēs quæ-
 admodum ab Aristotele in. iij. de historia animalium definitur; cutis
 in amplū sinuata, qua primū cibus ingestus cōtinetur incoctus, hæc
 qua parte iungitur gulæ angustior est, mox amplior, tum qua de-
 sinit in ventriculū; iterum arctior, de qua Vergilius in. iij. georg.
 Improbus ingluuiē ranisq; loquacibus explet. Hæc inquā in ono-
 crotalo mirum in mūdum est ampla; quippe quæ amphoræ men-
 suram; aut non multo minus capiat, de qua Martialis. Turpe raue-
 natis guttur onocrotali; nam turpe guttur pro magna ingluuiē po-
 suit. Turpe enim pro magno aliquādo accipi notauit. Seruius grā-
 maticus in illud Vergilij. iij. Georg. Optima toruæ forma bouis;
 cui turpe caput cui plurima ceruix, & illud ex. iij. eiusdem. Armē-
 ta & turpes pascit sub gurgite phocas; vtrobicq; exponens turpe p
 magno. Hanc onocrotalus aqua explet; atq; ore aperto pisculis se
 obiectat; quos cum sentit deprehensos intra ingluuiē; aquā per oris
 spiramēta euomit; atq; ita præda vescit, ab hoc aquę vomitu ego su-
 spicor ab hebræis auē cognominatā caath qd chaat vomitus inter-
 preta; & ne quasi de re incognita plurib⁹ disputē; duos onocrota-
 los contigit mihi videre; alterū cominus in foro bononiēsi; ad vul-
 gis spectaculum publice expositum; alterum emin⁹ ad Anæ flumi-
 nis ripam; ad cuius volantis monstrosam magnitudinem visendā

Prolo-
 bos.
 Inglu-
 uies.

Turpe
 magno
 accipit.

Caath.
 vomitus
 interpre-
 tatur.

multi mortales concurrerunt. Aequiperabat sane mole sua agniti
anniculum. Sed cum nemo sciret auis nomen: quamq̄ alij dicerēt
alias consimiles vidisse: ego illis dixi croton in italia vocari, & reue
ra ita appellabant bononienses. Sed cum onocrotalus interprete
tur asinus crepitans: quoniam onos est asinus & crotao: crepito: vi
detur nomē impositum a voce quam auis illa ædat, quā mihi audie
re non licuit: propterea quod quēadmodum dixi) alterū cominus
extinctum; alterum eminus volantem conspiciatus sum.

Onos.
Crotao:

Phase pascha pefach,

XXXIII



Vid interpreti venerit in mentem; vt quod ab he- Phase pa
bræis dicitur pefach per sama; in exodo: atq̄ alijs in scha pe
locis instrumenti veteris interpretatus sit; in phase: sach.
intestamento nouo græce & latine dicatur pascha
aut quid simile inter se habeāt hæc tria pefach, pha
se, pascha: vt ausus sit latinus interpres vertere pe
fach in phase; aut græcus in pascha: vellem differeret mihi quis piā
trium linguarum peritus. Interim vero dicā ego quod sentio: quo
ad aliud afferat aliquid meli⁹. Sed de phase in primis, p. exile in aspi
ratū verti frequēs est apud eos qui de hebræo sermone trāsferūt in
græcū; aut latinū, vt p. eo quod hebræi dicūt paro, pasga, pasur per.
p. exile: græci primū; deinde latini transfulerunt pharaon, phasga,
phasur, per, ph aspiratum, & mille alia, seba vero apex qui subijci
tur, p. litteræ cum ab illis p. p. e. vocalem proferat: græ
ci & latini plærūq̄ vertūt in, a, vt pro eo quod illi dicūt per seba se
muel zebulon rephaim, nos per, a, proferim⁹. Quod illi præterea
zerageder, ecron per segol; nos zara gader acaron pronunciamus
per, a, vocalem. Sama quoq̄ in, s, vertendum esse nō est dubium;
quæ littera quāq̄ non multum distet in prolatione a zeta, s, nostro
& signa græco respōdet: cum sin & sade violenter in illas transferā
tur; quēadmodum in libello de potestate litterarum ex autoritate
Hieronymi demonstrauim⁹. Illud mirabile quid placuerit interpre
tibus græcis & latinis heth litteram: quam Hieronymus duplicē heth in, e.
aspirationem vocat subiecto patha siue comes vertere semper in, e, semp ab
litteram; vt noah, noe, tarah tare corah, core, iephtah, iepthe, atq̄ interpre
eadem ratiōe pefach phase, p. subtili in aspiratum, e, in, a, sama in, s, tibus ves
heth subiecto patha in, e, Atqui græci litteris inuersis in pascha ti.

Ein, a, ple
rūq̄ vete
ti.

heth in, e.
semp ab
interpre
tibus ves
ti.

Heth in verterunt. Nam heth litteram in chi suum plerumque mutant. latini
chi suum quia talem vocem non agnoscunt nisi tantum in dictionibus grecis:
mutant illam prope semper expungunt; aut in in simplicem aspirationem
quandoque vertunt; ut pro eo quod hebraei per heth dicunt haran hori horeb
græci. & hebræi; græci per suum chic; haran chori chore chebræi dicunt at lati
ni expuncta heth littera, aran, ori siue horei ebræi siue hebræi pfa
runt. De nois huius interpretatione nihilo magis est silendum; in quo

Pascha maximè autores aberrarunt putantes pascha dictum a pascho quod
non a pas est patior perinde ac si dictio hebraica patiatur etymologiam grecam
cho dicit. aut græca latinam. De quo in repetitione quadam nostra disputa
uimus; monstrauimusque non posse fieri. hi sunt non de media plebe;
sed ex prima nota. Lactantius. Ambrosius Et ætate nostra Ioanes
Tortellius alijque plures. Atqui Hieronymus cui magis quam reliquis

Pascha omnibus in litteratura credendum est in sermone de celebratione
hebræum paschatos; pascha (inquit) non est græcum, sicut vulgo videri solet;
est. sed hebræum esse dicunt; qui linguam vtramque nouerunt; neque enim
passione; quoniam paschin græce latine dicitur pati; sed ab eo quod
transitur. Idem apud mattheum pascha (inquit) hebraice dicitur phase

Pascha non a passione; ut plerique arbitratur; sed neque dicitur phase a transitu
unde dica maris rubri; id quod ecclesia canit; post transitum maris rubri Chri
tur. sto canamus principii; sed quod exterminator videns sanguinem
in foribus israelitarum pertransierit. neque percusserit illos. Ait namque

Phase, i. scriptura est enim phase. i. transitus domini. & transibo per terram
transitus. ægypti nocte illa; percutiamque omne primogenitum. & sequitur.
Cumque viderit dominus sanguinem in superliminari in utroque po
ste; transcedet hostium domus; & non sinet percussorem ingredi do
mos vestras; atque iterum. & cum dixerint vobis filij vestri; quæ est

Phase ac. ista religio; dicetis eis. Victimam transitus domini est; quando transi
in prima. uit super domos filiorum Israel in ægypto. Habet autem phase accen
tum in prima; non ut vulgus putat in vltima syllaba.

Phiton pro pythone.

XXXIII.

Phitō p
pythone.

In vna di
ctioe tria
errata.



St in sacris litteris apud hebræos verbum frequens
ob; quod græci interpretes in engastrimyton; latini
in epythona verterunt; non in phitonem; ut omnes latini co
dices habent; cum sit phiton nihil verbum aut si pro
pythone sit positum; erunt in vna dictione tria errata;
quæ nulla ratione defendi possunt. Primum quod

additur aspiratio. p. litteræ exili. alterum quod detrahitur aspiratio
 th. litteræ aspiratæ. tertio quod ponitur. i. iota pro ypsilō. quæ vitia
 inter quadraginta barbarissimi species a grammaticis numerantur.
 Atqui mirum est tantum errorem non fuisse animaduersum a tãta
 doctissimorum virorum multitudine: qui diuinę lectioni operas suas
 dedicarunt: cum præsertim tam crebra huius verbi mentio fiat. vt
 Leuitici cap. xx. Vir (inquit) siue mulier in quibus phitonicus: vel
 diuinationis fuerit spiritus: morte moriatur. In deuteronomio quoque
 cap. xxiij. Non sit maleficus: neque incantator. nec phitones consula-
 tis. & in i. Regum volumine cap. xxviij. Saul inquit interfecit eos
 qui phitones habebant in ventre. & paulopost dixit Saul seruis que-
 rite mihi mulierem habentem phitonem. & dixerunt ei Est mulier
 habens phitonem in endor. & subdit Saul verba ad mulierem. Diui-
 na mihi in phitone: & suscita mihi quem dixero tibi. & de eodem
 in i. Paralipo. libro cap. x. Mortuus est (inquit) Saul: eo quod phi-
 tonissam consuluerit. In quarto quoque Regum cap. xxi. de manasse
 filio Ezechia regis iuda. Obseruauit (inquit) auguria & fecit phito-
 nes. In esaia quoque cap. viij. Quærite a phitonibus & a diuinis: qui
 strident in incantationibus suis. Idem cap. xix. Interrogabunt simula-
 chra sua & diuinos: & phitones. quibus in locis omnibus pro phi-
 ton. & phitonicus. & phitonissa. in græco (vt diximus) legitur enga-
 strimythos: quod verbum ex verbo interpretari potest vtriloquus: Engastris:
mythos.
 quod gaster interpretatur venter & mythos fabula siue verbum: quod
 in i. Regum libro expressit interpretis: cum dixit: qui phitones habe-
 bant in ventre. Hos pythonas a quibusdam vocatos Suidas autor est.
 Engastrimythos (inquit) quem nonnulli pythona vocant. A sopho-
 cle vero eundem appellari dicit sternomathin: hoc est ex pectore Sternos
mathin.
Euryclea
Sphex.
 diuinationem. A platone vero euryclea ab eurycleo quodam vaticina-
 tore: cuius Aristophanes quoque meminit in comoedia cuius index
 est sphex. hoc est vespe. Quid: non & Lucas in apostolica historia
 cap. xvi. hunc græce pythone vocat: quãquam refragantibus omni-
 bus latinis codicibus qui pro pythone phitonem habent: Puellam
 inquit quãdam habentem phitonem: pro quo in græco est non habentem
 tempythone: sed spiritum pythonis: neque admittendi: qui dictiones
 hebraicas in ordinem alphabetarium redegere: scribentes phitonem Sipōtinus
non recta
interpre-
tatio.
 per. f. litteram. neque audiendus Sipōtinus: qui phitonicos enthea-
 ros siue diuinos interpretatur. Nisi forte phytonicos per. y. psilon legit: no-

mine a planta deducto. sed nihil ad rem de qua agitur plantæ signifi-
 ficatio pertinet. Sed videamus nunc vnde diuini siue necromantici
 dicantur pythones siue pythonis spiritum habere. Est apud poetas
 fabula celebris: quod post diluniū sub Deucaliōe terra madefacta
 genuit in mensē magnitudinis serpētem quem dixere pythonem:
 dictum a pythin; quod est putrescere ex eo quod ex terra putri sit
 ortus: aut in putredinem solutus. Hunc apollo traditur sagittis con-
 fecisse. de quo narratur ab Ouidio fabula per longa in primo Me-
 tamor. & Lucanus in. v. Matris adhuc rudibus pæan pythona sa-
 gittis explicuit. Hinc apollo victor instituit sacros celebri certami-
 ne ludos. Pythia perdomitæ serpētis nomine dictos. Hinc pythius
 apollo & pythiæ apollinis vates: quæ illius spirituraptæ futura: aut
 occulta dicebant sedētes in tripode ex corio eiusdem serpētis indu-
 cto. Hic nimirum est serpens ille de quo scriptura dicit quod erat
 callidior cūctis animalibus terræ. & de quo scribit Suidas his ver-
 bis: quod pythonis dæmonij diuini accessu mulieres entheatæ præ-
 dicebāt futura. De pythia sacerdote Strabo libro de situ orbis ix.
 vbi de phocide regione vrbe delphis. parnasso monte. Autores (in-
 quit) certi memorāt diuinum ipsum domiciliū profundā esse spelū
 cam: non admodum ore lato patētem: inde auram quidem referri
 sacro efflante numine: excelsum autē ostio imminere tripodē; quē
 cum pythia conscēderit: hausto diuinationis spiritu dei responsa re-
 ferre & metro & oratione soluta. Eadem propemodū: & Iustinus
 libro. xxiiij. narrat. & Lucanus in. v. Vt vidit pæan vastos telluris
 hiatus. Diuinam spirare fidem ventosq; loquaces. Exhalare solū
 sacris se condidit antris Incubuitq; adyto. vates ibi factus apollo. &
 non solum vates: sed vatum quoq; numē. nam quattuor res maxi-
 mæ decernūtur illi. diuinatio: sagittadi peritia. musica & ars medi-
 camentaria. & quēadmodum pythiæ ab apolline pythio sunt co-
 gnominatæ: ita & phoebades a phoebo. Lucanus. Non inquā ple-
 nior artus phoebados irrupit pæan. Fœminas vero has diuinatri-
 ces (quas diximus) engastrimythos a grecis appellari Philochorus
 in. iij. de diuinatione libro scribit solitas quoq; fuisse carminib; mor-
 tuorum animas ex inferis excitare. Suidas quoq; vbi de engastrim-
 mytho affert illud ex. i. Regum de pythonissa quæ samuelis animā
 defuncti elicit. Hieronymus quoq; in illud Esaię cap. xix. Per hæc
 (inquit) verba significat magorum necromāciam; per quam ani-

Vnde necromanti-
 ci dicantur
 pythones habere.

Pythin.

Pythi9
 apollo vn-
 de dicat.

Pythi9 a
 pollinis
 vates.

Pythia fa-
 cerdos.

Pythiæ
 domici-
 lium.

Quattuor res apo-
 lini decer-
 nuntur.

Pythiæ
 ab apolli-
 ne pythi-
 o dictæ.

Phoebas
 des a
 phoebo.

mas euocare dicuntur: & tenues umbrarum; immo dæmonum au-
 dire voces. Denique pro pythone Aquila magum interpretatur est:
 qui hebraice dicitur ob. pro quo septuaginta de terra loquentes tran-
 stulerunt. Hæc hieronymus.

Ob he-
braicæ.

Porphyrus.

XXXV.



Inter aves quibus per Moysen deus prohibet he-
 braeos vesci rachan enumerat: quem interpretes
 græci & latini in porphyriionem verterunt. Scribit
 namque in Leuitico cap. ix. Hæc sunt quæ de avibus
 comedere non debetis & vitanda sunt vobis, & po-
 stea quæ aliquot enumerauit: subdit, cicnum & ono-
 crotalum & porphyriionem. Atque iterum in Deuteronomio: hoc
 est secunda lege: vbi eadem verba: sed alio ordine repetuntur. Aves
 (inqt) immundas ne comedatis aquilam: scilicet & gryphæ: & subdit
 ibi & mergulum porphyriionem & nycticoracem. Sed neque he-
 braei hodie sciunt quid sit rachan, neque aliquis ex græcis: aut latinis
 autoribus quos mihi contigit: aut legere: aut audire mihi quod aiunt
 ad manum monstrare potuit: quæ avis: aut cuiusmodi sit porphyrio.
 Meminit illius Martialis in disticho cuius index est porphyrio. me-
 minit Aristoteles in tertio de historia animalium volumine: sed neu-
 ter illum ante oculos ponit. Plinius certe luculentissime libro natu-
 ralis historiae. x. his verbis porphyriionem describit. Bibunt aves
 suctu cæteræ: porphyrio solus morsu bibit. Idem ex proprio gene-
 re omnem cibum aqua subinde tingens: deinde pede ad rostrum veluti
 manu porrigens. rostra ipsius & prælonga crura rubent. Satis aperte Pli-
 nius porphyriionem nobis ante oculos ponit: sed nihil mirum est igno-
 rari avem quæ sit paucis cognita. Sed cum in bætica mea turderta-
 nia maxime in qua est patria mea Nebrissa: hæc avis sit familiarissi-
 ma: atque in singulis prope domibus habeatur in deliciis: quæ me ra-
 tio ab ignoratione rei notissima: ac sese oculis omnium Nebrissensium
 cotidie ingerentis excusare potest: aut quæ dari venia in plano so-
 lo cespitanti: Nam in eo opere in quo dictiones græcas & latinas
 in voces Hispanas: atque Hispanienses interpretatus sum: porphyrio-
 nem esse dixi avem alas rubras habentem: atque rursus phoenico-
 pterum alas quoque rubras habentem dixi: quasi idem esset porphy-
 rion quod phoenicopterus. Sed in utroque me etymologia decepit. In al-
 tero: quod porphyra est purpura. in altero: quod phoeniceus est pu-

Porphyrus.

Rachan
qd sit ig-
norat he-
brei: græ-
ci: & lati-
ni.

Solus por-
phyrio
morsu bi-
bit.

niceus. Postea tamē longa experiētia didici porphyriōnē esse quē
 Phoenico vocāt in bætica meacalamon. Phoenicoptetū vero quem appel-
 pteros. lant flamenco. vtrumq; sæpe videram, atq; nominari audierā: sed
 quē admodum Arius barbosa meus in quodam epigrammate de
 me testatus est ex verbis Plinij in proœmio naturalis historię. Ar-
 duum est nomina rebus: & res nominibus reddere: idq; nō modo
 in ijs quę sunt a nobis remotiora: verum etiā ex ijs quę inter ma-
 nus oculosq; versantur.

Scruta quę sunt.

XXXVII.

Scruta q̄
 sunt.



Scruta p̄
 scruta.

Scrutarj
 Roolim

Scrutor.

Rimor.

Angelus policianus: pace aliorū dixerim nostro sæ-
 culo vir omnium eruditissim⁹. in prima quam vni-
 cam vidimus cēturia obseruatione tricesima his ver-
 bis scribit. Vocabula quę piā sunt ita rara inuentu:
 vt si iterum in ea incidamus ob id fecisse operæ pre-
 ciū videamur: quoniā singularia credebātur, sicut
 inquit) scruta dixit Horatius in hoc versiculo ex pri. epistolarum.
 Vilia vendētem tunicato scruta popello. dixit iterū Sidonius apol-
 linaris libro epistolarū. viij. per hæc verba. Nunc quædam friuola:
 nuncludo apta virgineo scruta donabat. Sed hominis diligentiam
 admiror: qui neq; dixit scrutum quid esset: & qđ putauerit post Ho-
 ratium Sidonium modo Apollinarem eo verbo vsum. Nam &
 Hieronymus bis id vocabulum posuit: primo. in. iij. Regum libro
 Cap. x. negociatores (inquit) vniuersiq; scruta vendētes. Atq; itez
 in Neemia. Cap. iij. Post mesollam ædificauit Melchias filius auri-
 ficis vsq; ad domum nathinæorum & scruta vendentium; pro quo
 mendose in recentioribus libris scuta vendētium vtrobicq; legitur.
 Hinc ars scrutaria eorum: qui scruta vendunt: vt apud Apuleium
 in. iij. de asino aureo. Vos (inqt) per balneas & aniles cellulas re-
 ptantes scrutariā facitis. Quid vero scrutum significet non possu-
 mus vno verbo mōstrare: sed quātum ex varia lectione colligim⁹
 scruta sunt merces viles minutæ aptæq; potius ludis q̄ serijs rebus.
 & scrutarij huiusmodi res vendētes: quos hebræi roolim vocant.
 Hieronymus scruta vendētes vertit. vulgus buhonerōs appellat:
 ipsasq; res baratijas nominat. hinc est verbū scrutor. aris. pro eo qđ
 est scruta: & huiusmodi res implicitas & confusas explicare: ea for-
 ma qua a rima: hoc est fissura: inclināt rimor. aris. pro eo quod est
 quasi per rimas aliquid inquirere.

Scutulata.



N p salmo quadagesimo quarto: qui est apud hebraeos quintus & quadagesimus: pro eo quod hebraice legimus lircamoth. Hieronymus interpretatur in scutulatis. in æditione vulgari habetur circum amicta varietatibus. In quo duplex est diuersitas ab hebræo: altera versuum distinctiōe: altera in verbis.

Ordo namq; in hebræo hic est. Omnis gloria filia regis intrinsecus: fasceis aureis vestita est. & sequitur alter versus. In scutulatis ducetur ad regem: virgines sequentur eam: amictus eius ducentur illuc. In æditione communi aliter. Omnis gloria eius filie regis ab intus in fimbrijs aureis circum amicta varietatibus. Hic interpungendo subditur alius versus. Adducetur regi virgines post eam: proxima eius afferetur tibi. Omitto nunc alias diuersitates in verbis & in sententijs: venio ad illam quod pro circum amicta varietatibus. Hieronymus ex hebraica veritate interpretatur est in scutulatis. Pro varietatibus namq; non est qui non intelligat vestes diuersi colores; aut polymitas: aut segmentatas: quæ tamē vestes sint scutulatę pauci noverunt. Scutulatarum quoq; vestium fit mentio in Iezeciele. Cap. xxvij. Propter multitudinem (inquit) operum tuorum guttam. purpuram. scutulata. byssum. & sericum proposuerunt in mercatu tuo. Scutulatores quoq; meminit Iuuenalis dicēs. Cerulea indutus scutulata & galbana rasa. Cūq; ex lircamoth verbum ex verbo interpretetur in vacuitatibus: quod genus vestis intelligendum sit hoc in loco videamus. Scutulata vestis (vt inquit Varro) dicta est quasi sit velut scutulis quibusdam distincta. Plinius quoq; lib. viij. Vbi de textrina plurimis licijs texere: quæ polymita appellant. alexandria instituit. scutulis gallia diuidere. & paulo ante; quam sola ars ait scutulato textu commēdat. Sed scutula illa quę admodum sint effigiatata nondum liquet: an videlicet colorum varietate: an liciorum permutatione; nunc expressa: nūc depressa. vt in mappis fieri videm⁹. Ego vero quantum assequi possum coniectura sic existimo; scutula illa ex inanitate filamentum in maculas esse formata: idq; ex liciorum subductione fieri: quę admodum etiam nunc videmus ex filorum incisione sindones & mantilia in varias picturas foraminari. Cur vero id existimē mouet me id quod Plinius libro. xi. scribit agens de generibus arachneorum: inter quos scutulatorem quoq; enume-

Scutula.

Lircamoth.

Polymita.

Scutulator in genere arachneorum.

E

Scutula
retis ma-
cula.

Recamoth.

rat. Texere (inquit) a medio incipit circinato orbe subtegmina ad-
nectens; maculasque semper paribus interuallis; sed subinde crescen-
tibus ex augustinio dilatans insolubili nodo implicat, quanta arte
celant pedicas scutulato rete ad capiendas muscas circa grassantes
Vides a plinio retis maculas appellari scutula. Accedit sermo he-
braeus qui eiusmodi foraminulentas vestes recamoth, i. vacuitates
siue inanitates vocat.

Sedere ad dextram.

XXXIX.

Sedere ad
dextram.



Ubi apud omnes nationes usitatissima sit consue-
tudo; ut qui sedet siue incedit ad dexteram alicuius
obtineat locum priorem; quid sibi vult quod in psal-
mo, cix, legimus, Dixit dominus domo meo; sede
a dextris meis, nam cum psalmus ille in sensu etiam
litterali de Christo intelligatur; sintque verba patris
ad filium; quid incongruentius dici potest; aut quid magis indeco-
rum quam quod filius priorem occupet locum? Neque solum hic; sed
mille alijs in locis scriptura sacra testatur Christum ad dexteram pa-
tris sedere; qui tamen si natura patri est aequalis; qua tamen filius & qua
homo est cedere debuit patri primam sedem. Scio hunc locum a theo-
logis exponi solere a dextris, id est in bonis potioribus, expositio cer-
te nimis violenta; atque male cohaerens. Quod si ad dexteram sedere
honorificentius est; cur in eodem psalmo subiungitur dominus a
dextris tuis; aut quid sibi vult haec dexterarum permutatio; quod
& Augustinus subdubitauit? Legimus praeterea in iij. Reg. libro
cap. ij. De bethsabe cum venisset ad Salomonem filium nuper re-
gno positum; quod sedit rex super thronum suum; & quod positus
est thronus matri regis & sedit ad dexteram illius. Illud quoque ex
psalmo, iij. & xl. Astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato.
Neque enim tantum reuerentiae filius debet matri; aut sponsae spon-
sus; ut si ad publicum magistratum, peruenerint matri; aut sponsae in
aliorum maxime conspectu priores sedendi partes concedant. Iure
igitur factum est quod Qu. fabius maximus consul cum pater pro con-
sule equo vehens illi obviam processisset imperavit licitori; ut iuberet
patrem ex equo descendere; qui iussus paruic; filiumque collaudauit;
quod dignitatem imperij retinuisset. Ego vero cum hanc ordinis se-
dendi in dignitatem mecum saepius reputarem; subiit mihi quaedam
suspicio alium fuisse apud antiquos sedendi ordinem quam qui sit nostris

Dexterarum
permutatio
in sacris
litteris.

tēporib⁹: vt videlicet qui sederet ad sinistrā esset potior eo qui sederet ad dexterā: id quod postea multis argumētis fuit mihi exploratū: atq; compertū Sed qua via in eam cogitationē peruenirē paucis mihi narrādum est. Principio quilli qui potētiōres affectabant siue armati: siue incrimēs: tum satellites. tum stipatores. tū laterones: siue latrones fuisse dictos: eosdēq; apud autores dici aut tegere latus. aut claudere lat⁹. aut cingere latus. Horati⁹ in secūdo sermonū. vt ne te gā spurco damæ latus: Iuuenalis. Diuitis hic serui claudit lat⁹ ingenuorū filius. Ouidi⁹. iij. de pōto. Dumq; lat⁹ sancti cingit tibi turba senat⁹. Latus quoq; in te ctū siue nudū dicebat illius quē nemo comitare ē. Ambrosius in sermone de obitu fratris sui. quod si quādo sine altero p deū dum fuit: in te ctū latus putares. Seneca lib. iij. Epistolaz. Nudū erit latus: incomitata læticia. Is præterea qui aliū comitabat: dictus erat ire exterior. Cui vero præstare ē comitatus: ire interior. Horati⁹ vbi supra. Ne tamē illi tu comes exterior si postulet ire recuses. & subdit verba quæ supra retulim⁹. vt ne te gā spurco damæ latus: haud ita troia me gessi. Ouidi⁹ lib. v. Fastorū. & medius iuuenū non in dignatibus iplis ibat: & interior si comes vnus erat. de sene loquitur cui debet honos a iuuenib⁹. Atqui restat probādum quod exterior is dicat quisit ad dexteram alicuius: & interior qui ad sinistram. Seruius grāmaticus enarrās illud Vergili⁹ ex. v. æneid. Redit iter leuū interior: exponit p sinisterior: citatq; Cicero nem dicētem in quē omnia int⁹. & Salustiū in. ij. historia. introrsus prima asiæ bithynia est. vbi Cicero intus & Salustius introrsus pro sinistrorsus acceperūt. Horati⁹ quoq; in. ij. sermonū. Interiore diē gyro trahit: ire necesse est. vbi interiore p sinisteriore ponit: quod meridiēs mūdi pars sinistra est: quē admodū septētrio dextra. Lucanus in. iij. pharsaliæ. Ignotum vobis arabes venistis in orbē Vmbra mirati nemorum non ire sinistras. id est meridionales etiam in æstate. Ouidius quoq; in. ij. Meta. Neute dexterior tortū declinet ad anguē. Neue sinisterior pressum rota ducat ad aaram. Atqui anguē inter duas arctos in morē fluminis labi: & aaram ad meridiē sitā esse nullus poëtarū: sed neq; astrologorū ignorat. Colligam⁹ igit ex ijs quæ dixim⁹ eum quisit alteri⁹ comes claudere: aut cingere: aut tegere lat⁹: atq; eidē ire exteriorē; hoc est ad dexterā illi⁹. Cui⁹ vero latus claudit: cingit tegit: ire interiorē (hoc est ad sinistrā) qui locus erat dignitate præstātor. Est præterea non contēnenda quædam

Nomina illorū qui potentiores affectabatur. Affectare aliquem quot modis apud autores dicit.

Sinistræ locus dignitate præstātor.

Paulus dexter est Petro.

ratio sumpta ex eo quod legimus Paulum apostolum datum comitem ad dexteram petri; quod in illorum imaginibus disponendis pictores obseruant; & in diplomatis pontificum sigillo munitis animaduertimus; ut Paulus seper sit Petro dexter. Nunquid tanquam in potiori loco? Absit ut apostolorum principi alter quiuis praeferratur. Nam quid sibi vult gladius ille quem Paulus habet strictum; nisi quod est Petri comes stipator; atque satelles? Huius antiquitatis ignarus Thomas in illud Apostoli ad galatas cap. i. qui suscitauit eum a mortuis; cum non haberet quid diceret; ad commentum illud confugit; quia praesens (inquit) vita significatur per sinistram; futura vero per dexteram; inquam ista est coelestis & spiritalis; illa vero temporalis; ideo Petrus; qui vocatur Christo adhuc in carne mortali posito ponitur in bulla papae in sinistra parte. Paulus vero; quia vocatus a Christo iam glorificato; ponitur in dextra parte. Reliquum est ut ad quaestionem Augustini de permutatione dexterarum respondeamus. Ille namque (ut est in rebus quae ad nostram religionem pertinet nihil affirmantis academiae imitator) videtur illam non penitus explicasse. Nos vero ex iis quae in superioribus dicta sunt respondemus; quod aut pater sedet in throno maiestatis suae; & ita iubet filium sibi a dextris hoc est in secundo loco sedere; aut praestat se filio tanquam stipatorem protectoremque; & tunc reponit filium in primo; hoc est in tutiori loco & sic dictum est dominus a dextris tuis; unde subdit; confregit in die irae suae reges. Atque iterum in psalmo. xv. Prouidebam domino in conspectu meo; quoniam a dextris est mihi ne commoueat.

Ad Augustini quaestionem respondet.

Symbolum quid.

IX.

Symbolum quid.



X falsa nominum etymologia multi etiam ex viris doctissimis in miserandos errores lapsi sunt; ut in verbo symbolum; putantes; quod dicitur a syn; quod est con (& holos quemadmodum ipsi interpretantur) bucella; finxerunt nescio quae somnia; & quae nusquam apud auctores leguntur idoneos. Post ascensionem domini siue post spiritus sancti missionem Apostolos in vnum locum congregatos coposuisse symbolum. ita ut quisque illorum singulos fidei articulos contulerit; ut Petrus primum, alter secundum, alius tertium; & deinceps alij suos bolos dederint; quo nihil ineptius; sed neque puerilius excogitari potest. Ego namque non diffiteor ex comunia apo

Symboli inepta interpretatio.

stolorum cōsensu siue illorum centum viginti quos suo aduentu
 sanctus afflauit: symbolum fuisse compositum: illud vero qđ suam
 quisq; particulam cōtulerit: neq; est credibile: neq; verisimile. In ijs
 enim quæ multorum decreto cōstituuntur non vnusquisq; suū ver-
 bum siue orationem dicit: vt inde qualis enatus consultum cōficiat:
 sed omnes eādem rem sentiūt; aut vno sententiam dicēte cæteri pe-
 dibus manibusq; in eādem sentētiā eunt. Sed decepit illos eymo-
 logia: quod bolus esset bucella putantes: non minus ridicule quam
 in verbo diabolus: quod dicatur a dia quod est duo & bolus: cum
 potius interpretetur calūniator a diabolū: quē admodum symbo-
 lum collatio a diabano: quod est confero. Sed qua de causa aposto-
 lorum symbolum sit vocatum Ruffinus presbyter aquileienus in
 expositione symboli ad Laurentium papam multis verbis expo-
 nit: quæ libuit hoc in loco apponere: vt: autoritate tanti viri permo-
 ti desinant somnitate ijs de rebus quæ ad hīstoriæ fidem pertinent.
 Tradunt (inquit) maiores nostri: quod post ascensionem dñi cum
 per aduentum spūs sancti supra singulos quosq; Apostolos igneæ
 linguæ sedissent: vt diuersis varijsq; linguis loquerētur: per quod
 eis nulla gens extranea nulla linguæ Barbaries inaccessa videret
 & inuia: præceptum eis ad domo datum ad prædicādum dei ver-
 bum ad singulas quemq; proficisci nationes. Omnes igitur in vno
 loco positi & spiritu sancto repleti breue istud futura sibi prædica-
 tionis indicium in vnum conferendo quod sentiebat vnusquisq;
 componūt: atq; hanc credētibus dādā esse regulam statuūt. Sym-
 bolum autem: hoc multis & iustissimis ex causis appellari volue-
 runt: symbolum enim græce & indicium dici potest: & collatio: hoc
 est quod plures in vnum conferūt. Id enim fecerūt Apostoli in his
 sermonibus in vnum cōferendo: quod vnusquisq; sensit. Indicium
 autem vel signum idcirco dicitur: quia in illo tempore sicut Apосто-
 lus Paulus dicit: & in actibus Apostolor; refertur: multi ex circum-
 uenientibus Iudæis simulabant se esse apostolos Christi & lucrali
 cuius; vel ventris gratia ad prædicandum proficiscebātur. Idcirco
 istud indicium posuerūt: per quod agnosceretur is: qui Christū ve-
 re secūdum apostolicas regulas prædicaret. Deniq; & in bellis ciui-
 libus: hoc obseruari ferunt: quoniam & armorum habitus par &
 mos vnus est atq; eadē instituta bellādī: nequa belli subreptio fiat:
 symbola distincta vnusquisq; dux suis militibus tradit: quæ latine

De diabo-
li etymo-
logia redi-
culum.

Symbo-
lum qua
de causa
vocatū
sit in sa-
cris lris.

Symbo-
lum quid
sit.

Indiciū.

Symbo-
lum in re
militari.

E iij

Signa.

signa: vel indicia nuncupantur: vt si forte occurrerent quis de quo dubitetur: symbolum prodat si sit hostis: vel socius. Ex his Ruffini verbis satis colligitur: & vnde dicatur symbolum: & quod a pluribus constituatur simul: & in quos vsus ordinetur (hoc est) sit quasi belli tessera.

Simila & Similago, XLII.

Simila & similago.



Nueniuntur in sacris litteris frequenter hæc duo verba simila & similago, vt in Leuitico cap. ij. cum obtulerit oblationem sacrificij domino: simila erit ei? oblatio, & ibidem cap. vi. Hæc erit lex sacrificij, tollet sacerdos pugillum simila, & centum alijs in locis. Hinc similago dicitur ea forma qua a farre farago, a plumbo plumbago: cum idem sit simila quod similago, vt Eccli. cap. xxxv. Retribuet gratiam: qui offeret similaginẽ, & ibidẽ ca. xxxij. Da suauitatẽ & memoriam similaginis. Sed quid ea verba significet: non vocabulorum interpretes: non sacrarum litterarum enarratores: non denique medici: quorum scire hæc maxime intererat: ad diuinarunt omnes ad vnum dicentes esse florem purgatæ farinae: hoc est pollinem illam subtilissimã quæ ex setaceorum concussione resoluitur: atque euolat: aut farinam per sericea cribra purgatissimã. Georgius merula delicias triticeæ farine dixit esse: quod & ego fateor: sed non quas ipse putauit. ille namque reliquis omnibus videtur subscribere dicentibus esse farinam illam purgatissimã delicatissimãque. Ioannes baptista qui ex nostræ tempestatis scriptoribus vult videri diligentissimus: plurimum aberrat putans esse gen? leguminis. Sed nos quid simila sit: breuiter dicamus. Granum tritici molitum in tres partes resoluitur, in cutem illam tenuem: quam furfures medici. Plinius & columela saluiatum appellant: reliqui farinae purgamenta. In nucleum: hoc est semen illud dulce: & glutinosum in medio sinu granij: quod est genitale semẽ vnde erupit radix atque tritici herba primũ: ac deinceps calamus. In corp? denique quod defendendi seminis gratia est a natura excogitatum: & quod cadens in terra moritur. (vt dicit saluator) Ioannis cap. xij. Hoc friabile est atque in farinam resolubile: cum semẽ lentore suo vix resolui possit. Farina igitur ex tritico his tribus constat, saluiato, semine, corpore, quæ cum setaceo excernitur, vt dicit Vergilius in moreto, subsidit sincera foraminibusque liquatur emẽdata ceres. Reliqua duo eminent: quæ rursus in eodem setaceo concussa supernatat saluiatum.

Error Baptiste.

Farina ex tribus constat.

semen vero suo pōdere it pessum. atq̄ ita ex crebra setacei cōcussio-
 ne secernitur saluatum a semine & hoc est quod nos asseueramus
 dici simillam ex qua sibi offerri sacrificij oblationē deus in scri-
 ptura toties exigit: & ad multos mortalium vsus accommodatam:
 vt dicit Martialis, non poteris simile dotes numerare, nec vsus, pisto-
 ri toties cum sit & apta coco. Ex ea nāq̄ conficiūtur panes non mo-
 do gustui iucūditissimi: sed quod ad alimentū rationē pertinet firmissi-
 mi. Nam qui ex polline conficit vt inquit, Celsus libro, ij. infirmis-
 simus est vnde panis autopyros a quo similia non est excreta: quem
 admodum secundarius quem Trāquillus dicit Augustū appetisse:
 in quo saluatum a similia non est secretū. Astipulant huic meæ asser-
 tioni hebreæ litteræ, quæ vbiq̄ nos habemus simillam illi habēt
 soleth per sama litteram. Interrogati vero hebræi quid soleth sibi
 velit acemit dicūt, at qui in bætica mea acemit vocant: id quod ego
 simillam dico: ex qua infestorum celebritatib⁹ faciūt delicatissimos
 panes: quales sibi deus offerri vult Leuitici cap. xxij. & xxij. &
 mauri: atq̄ æthiopes: qui apud nos degūt: suum illum peculiarem
 cibum concinnant: quem sine honoris præfatione nominare non
 licet: alcuzcuz appellant. Astipulantur quoq̄ tarraconenses quos
 opici aragonenses dicunt paucis litteris mutatis semola pro similia
 vocant. Temperatur autem cibus ille oleo melle aromatiscq̄: cuius
 saporis sacræ litteræ assimilant panem illum angelicum qui de cœ-
 lo cadebat, Exod. xvi. Erat inquit mana quasi semē coriādri album
 gustuscq̄ eius quasi simillæ cum melle. Frigebatur autem & oleo. vt
 in. ij. Regum. Cap. vi. & in paralipomenis. dedit David vniuersæ
 multitudini simillam frixam oleo. Sidonius quoq̄ appollinaris, simi-
 lam frictam in quadam continentia sartagine. De similagine quod
 idem est Serenus. Additur excussus dulci similagine furfur. &
 Cato de re rustica. Selibram similaginis indito. Illud tamen aduer-
 tendum quod cum sint multa tritici genera quæ Plinius & Colu-
 mella ad tria reducūt: robum: silignem: & trimestre: in duobus vlti-
 mis vix posse dignosci simillam. In robo vero ruuion Hispani vo-
 cant non vbiq̄ facile posse discerni: in bætica vero mea quam fa-
 cillime.

Panis autopyros.

Soleth.

Semola p
 similia a
 tarraconen-
 sib⁹ dicitur.

Tritici
 genera
 tria,

Sin pro sed si;

XLIII.

E iij

Sin pro
sed si.

Aurentius Valla libro elegantiarum secundo. Sin (inquit) pro si nunc in prima parte collocatur; sed in secunda; ubi fere est duorum oppositio, affertque in testimonium illud Terentij ex andria. Si illum (inquit) relinquo ei? vitæ timeo. sin opitulor hui? minas. Illud quoque ex eodē: si hoc celetur in metu sin patefit; in probro siem. Vergilius quoque primo geor. At si virgineum suffuderit ore ruborē ventus erit; vento semper rubet aurea phœbe. Sin quarto ex orto nāque is certissim? autor, & fere apud autores semper eodem modo hanc particulam inuenies positam. In sacris quoque litteris frequēter idem est illius vsus, vt Genesis, ca. iij. Nonne si bene egeris recipies; sin autem male; statim in foribus peccatum tuum aderit. Exodi quoque cap. xxi. Si seruus habēs vxorem fuerit; & vxor egredietur simul, sin autem & dominus dederit illi vxorem &c. Levitici præterea, xiiij. Si creuerit in cute lepra contaminabit eam, sin autem in loco suo candor steterit; & sequuntur. In eodem quoque volumine & Numerorū & Deuteronomij semper in eadem significatione reperies. In tertio quoque Regum, capite. i. Si fuerit (inquit) vir bonus; non cadet; nec vnus quidē capillus eius in terram, sin autem malum inuentum fuerit in eo morietur. Est etiā (vt ait Valla) quando sin vnum reperitur; sed quod secūdi loci vim obtineat; necque tamē superiori; si respondeat, vt apud Verg. ij. Geor. Me vero primū dulces ante omnia musæ. Quarum sacra fero ingenti percussus amore Accipiant, cœlique vias & sydera monstrent, & sequitur. Sin has ne possim naturæ attingere partes. Salustius quoque Imperat & præcio insidiatores massinissæ, areant ac maxime occulte; sin id parum procedat: quouis modo numidam interficiat. In sacris præterea litteris eodem modo. Gen. xxiiij. Accipies (inquit) vxorem filio meo Isaac. Respondit seruus, sin noluerit mulier venire mecum in terram hanc; nunquid reducere habeo filium tuum ad locum de quo tu egressus es; subintelligitur nāque si voluerit mulier venire mecum, & tūc sequitur sin noluerit venire. Exo. quoque cap. x. dimitte populū meum; vt sacrificet mihi, & tunc subintelligēdum; quod si feceris nihil tibi inferā mali, & tunc sequitur. Sin autem resistis; & non vis dimittere eum; ecce ego inducam locustam &c. & infra cap. xij, tollat vnusquisque agnum per familias

& domos suas, sin autē minor est numerus quā sufficere possit &c. subaudiť nāq; si familia est tāta quæ possit agnum absumere. Et in fra cap. xvij. Cūq; leuaret Moyses manus vincebat israel, sin autē paululum remisisset: superabat amalech, tātum enim valet cum leuaret manus quātum si leuaret manus. Item leuitici cap. v. Offerat de gregibus agnum siue capram, subaudi si habuerit, deinde infer tur: sin autē non poterit offerre pecus: atq; pari modo alijs compluri bus in locis. Quare sin vtrobicq; pro sed si est accipiēdum, nam par ticula autem cōpletive ponitur: cum in voce sin cōtineatur. Quod vero sin pro si non accipi aliquādo possit: nusquam apud autores le gitur: id quodf reuenter in sacris litteris reperias. Sed recte an perperam alterius loci est disputatio. Ecclesiastici cap. v. Si est tibi in tellectus responde proximo, sin autem sit manus tua super os tuū, sin posuit pro sed si non. Prima quoq; Machabeo, cap. xv. Tradite (inquit) ciuitates quas ocupastis: sin autem venimus & expugna bimus vos. Lucae, xij. Et si quidem fecerit fructum: subaudi exco letur ficus illa, & tunc infertur: sin autē in futurum succides eam. & Apo. ca. ij. Pœnitētiam age & prima opera fac, sin autem venio tibi & amouebo cādelabrum de loco suo: quibus in locis omnibus sin pro: sed si non nimis violenter accipitur.

Sin pro si
nō: apud
autores,
non legi
tur.

Sin p sed
si nō in sa
cris litte
ris inue
nitur.

Striatus.

XLIII.

LEgimus lib. Regū. iij. cap. vi. de cratere siue concha illa ænea quam præcepit fieri Salomon, fecit mare fusile decem cubi torum, & paulopost, duo ordines sculpturarum histriarum erant fusiles. Omnes quos ego vnquā vidi exponūt histriatarum pro hi storiatarum, quasi in ipsis ordinibus essent historiae aliquæ sculptæ quod non longe est a verisimilitudine. Sed quod histriatarum pro historiatarum interpretis posuerit: est quidem nouum: atq; inauditū cum præsertim in hebræo nihil tale contineat. Ex quo fit: vt suspi cer non histriatarum: sed striatarum debere legi. Est quidem stria apud vitruuium in sculturis partes quæ prominent: & quasi quæ dam fœmora siue illa sint colūnarum siue fornicum, has græci exo chas vocant. Contra vero partes cauæ quibus striæ prominent stri giles dicuntur vitruuiō, vt libro. iij. Circa strigilium (inquit) caua & angulos striarum. Idem libro. vij. canaliculas earum: quæ strigi les appellantur vtrūq; ductum a stringendo siue strigando; hoc est

Striatus.

Histrita
rum p hi
storiata
rum non
recta ex
positio.
Stria.

Strigiles.

Striata. poliendo, Plinius de fungis libro, xxij. Rimosa (inquit) stria nam
fūgos nemo ignorat esse striatos; & in ipsa stria rimosos. Hinc stria
ta dicuntur canaliculata & tumorem mediarum partium quas di-
ximus strias appellari. Apuleius, x. Mera, striatam (inquit) gerens
frōtem pro rugis sulcatam, Plinius libro, xxi. Candor lilio eximius
folijs foris striatis, habent enim lilia venas prominentes in modum
striarum, Idem libro, ix. de generibus cōcharum quasdam striatas,
appellat. i. a parte exteriori caniculatas quales plerasq; videmus.
De quibus Plautus in rudēte, captamus cōchas plaguias striatas,
Sidonius quoq; apollinaris, Latus vtrūq; senis cauatur striaturis.

Stibium,

XLIII,

Stibium.



Stibij va-
riæ expo-
sitiones.

N quarto Regum libro cap. ix. legitur quod Iezabel
vxor Achab regis depinxit oculos suos stibio. Item
in Ieremia cap. iij. Cum vestieris (inquit) te coccino
cū ornata fueris monili aureo; & pinxeris stibio ocu-
los tuos frustra componeris, Ex ijs qui hæc loca ex-
posuerunt nemo intellexit; sed nec suspicatus est qd
stibium sit, Nicolaus Mamotrectus & catholicus cerusam interpre-
tantur, Cantor parisiensis esse instrumentum putat quo mulieres
pilos superciliorum trahunt, vofellas id latini appellant, Archiepi-
scopus Canturiēsis; quod est color; sed non contrahit illum ad spe-
ciem; vt dicat; qui color sit, Hugo cardinalis; quod est vnguenti ge-
nus; quo tincta facies efficitur rubra; volens opinor purpurissum
significare, Quis vero sanę mentis diceret; quod sit cerusa; aut que
vnquam foemina ornatus causa medicamēto albo circa oculos vsa
est; nisi forte neq; ipsum cerusæ nomē quid esset intellexerūt; cum
sit albor ille ex plumbo derasus; quem græci psimithium vocāt; di-
ctum a psinmitthoo; quod est colore albo linere siue fricare, Sed ne-
q; purpurissum potest intelligi; cum nihil minus ad oculorum pul-
chritudinem faciat; quam vllum rubricæ genus, Nam qui vofellā
dixit; esse stibium halucinans dixit; quia oculorum facta fuit men-
tio, Quid igitur stibium sit Plinius libro, xxij, manifeste ostēdit, in
metallis (inquit) argenti inuenitur spumæ lapis candidæ nō tamen
trāslucentis stimmin appellant, alij stibium, alij alabastrum, aliqui
larbason, vis eius restringere ac refrigerare, p̄cipalis autem circa
oculos, Namq; ideo & platyophthalmon id appellant; quoniā dila-
tet oculos; & fluctiones inhibeat, Quod vero Plinius dixit lapis

Psimi-
thium.

Stibium
quid.

Platioph-
thalmō.

Spumæ candidæ. i. albicantis; illud est anteq̄ teratur. nam tritus in nigrorem vertitur fuligini similem. Hieronymus ad Furiam non habuit crispantes mitras neq̄ oculorum orbes stibio fuliginatos. Nōdum fortasse expressimus; quid stibium sit. est quod vulgus medicorū appellat antimonium. quod hispani alcohol. Quod vero stibiū sit antimonium testatur Galeni interpres qui semper stimmin antimonium interpretatur. Iam vero stimmin & stibium & alabastrum & larbason & platyophthalmon synonyma esse satis ex Plinio colligitur. Decipiuntur ergo tēpestatis nostræ medici accipientes stibium pro chalcocaumeno. i. pro ære combusto hoc est alhadida; ex eo fortasse decepti quod æs combustum & stibium cōmune sit medicamentum oculorum. Lusit diuus Gregorius in calce cōmentariorum quos scripsit in librū Iob exponēs nomen Tertie & illius filie; hoc est cornu stibium quasi esset compositum a cornu & tibia instrumentis musicis. cum sit a cornu & stibio; hoc est gutto corneo in quo reponitur stibium; vt sit cornu stibium hispane alcoholera. Nam & in libro Regum & in Paralipomenis & Ieremia apud hebræos puth; hoc stibium legitur. & in Iob ceren hapuch. i. cornu stibi. nec minus in hoc hebræi decipiuntur; qui pro hapuch per. p. exile habent haphac per ph. aspiratum. itaq̄ pro stibio interpretatur intortū; sed ego magis credo interpreti Hieronymo; atq̄ adeo rationi; quam in hebræorū litteraturæ.

Antimonium.

Stimmin &c.

Stibium nō æs cōbustum esse.

Puth. Ceren Hepuch.

Talitha & tabitha.

XLV.



Scribit Marcus euāgelista cap. v. quopacto saluator noster suscitatur⁹ iairi filiā archisynagogi prensans puellæ manū dixit tabitha cumi; & subdit euāgelista; quod interpretatur puella tibi dico surge. Scribit præterea Lucas in apostolica historia Cap. ix. quod in ioppe phoenices oppido fuit quædam foemina nomine tabitha quæ interpretata dicitur dorcas. Cum igitur utrobicq̄ eadem sit litteratura; necesse est in alterutro loco esse mendū; aut vocabulū apud aramæos utrūq̄ hoc est puellā & dorcada significare. Cōsulito; itaq̄ magistro Paulo viro vtriusq̄ lingue aramæā dico; atq̄ hebraicā erudito; & qui ab hebræis codicib⁹ per quā reuerēdi p̄ris p̄romystæ Toletani præest; hoc ab eo respōsum accepi; aliq̄ esse apud aramæos talitha per. l. litterā; in sc̄da quodq̄

Talltha & tabitha

Magister Paulus.

in Marco legitur: aliud tabitha per. b. de qua in actibus Apostolorum, illud nāq; significare puellam; hoc vero capream siue dorcada. Quare recte utrobicq; interpretati sunt euāgelistæ. Euoluimus deinde græcos codices; atq; offendimus verum esse quod magister Paulus enūciauerat apud Marcum scriptū esse talitha; apud Lucā vero tabitha. Sed ne mihi hac de re scrupulus vllus relinqueret excussi Remigij; atq; Hieronymi interpretationes ex hebræo in sermonē latinū; offendiq; vtrumq; nomen interpretatū, tabitha cum ageret de nominibus post primæ syllabæ a finalem incipiētibus secūdam, a, b, littera. Talitha vero in puellam cum ageret de nominibus habentib⁹, l litteram post, a. Tāetsi fuerūt ridiculī qui pro talitha scripserūt tabitha cum in dictiōe superiori immediata sit talim in inferiori talme; vnde fit; vt ex ratiōe ordinis debeat scribi talitha. Sed cum talitha sit puella; cum i surge; ambigeret fortasse quispiam vnde conflātū est quod euāgelista interiecit; tibi dico. Neq; enim in sermonis serie continet. Hieronym⁹ de optimo genere interpretā discibēs similem huic quæstionē ad septuaginta interpretū voluntatē refert; qui pro eo quod apud hebræos ex principio, pi, xxi, legitur, Deus deus meus quare me dereliquisti; quæ verba sunt a saluatore nostro in Cruce repetita; ipsi respice in me interposuerūt dicētes: de⁹ de⁹ me⁹ respice in me quare me dereliquisti. Nos tamē in cōmentarijs artis grāmaticæ causam attulimus; cur illud respice in me posuerūt septuaginta; & tibi dico ab euāgelista sit interiectū, Disputabamus cōtra eos; qui dicebāt vocatiuū aliquādo poni absolute; diximusq; semper regi a secūda persona imperatiui explicita; vel subintellecta; idq; præcipuæ fieri cum oratio ex recta fit obliqua; vtsi dixeris o Cæsar legat Pōpei⁹; sub intelligit nāq; audi; vel attende. Quod si vocatiuū sequeretur verbū imperatiui modi; qd non significet attentionem; intelligendum esse aliud verbū a quo vocatiuus ille regeretur; vt si dixeris o Antoni lege subaudiēdum est verbum; quo præparet auditoris attentio; hoc est audi; vel percipe. Itaq; verbum; quod erat implicitum; septuaginta expresserūt dicentes respice in me, & euāgelista cum dixit tibi dico; quod tantū valet quantum audi; vel attende; vnde mora quædam siue silētium semper interponitur inter vocatiuum & sequens verbum; in quibus respice; & tibi dico poterant enunciari.

Talita puella interpretatur.

Cum i surge.

vocatiuū non poni absolute.

Tibi cines.

XLVI.



In matthæo cap. ix. legitur: quod cū venisset Iesus in domum iairi principis synagogæ illius filiã susci-

Tibicines cur
funeris
pōpæ in
ter sūt.

taturus; vidit tibicines & turbam tumultuantem. Quæreret fortasse curiosus quispiam; quid illud est quod tibicines funeris pompæ inter sunt. An

quod Boetius in proemio artis musicæ scribit: vt cum cantico quodã dulcior fiat causa flendi. Sed iam non illud querendum est; cur in funere cantus adhibeatur; sed cur tibicines in funere puellæ interueniant; cum in exequiis virorum tubicines cantant. Persius Hinc tuba candelæ, tandemq; beatulus alto compositus lecto. & vergilius, xi. aeneid. in funere bello peremptorum. Spargitur & tellus lachrymis, sparguntur & arma. It cœlo clamorq; virũ clangorq; tubarum. Sed tibia nimirum in funere puerorũ puellarumq; adhibebatur: quasi instrumentum exile; atq; angustę vocis de quo Martialis Parui tibia cõdily sonabit. Papinius in, vi. thebaidos in funere infantis archemori. Tibia cui teneros suetum deducere manes Lege phrygũ mœsta, quem locum exponēs lactantius placidias iubet (inquit) religio; vt maioribus mortuis tuba; minoribus caneretur. Tale aliquid apud nos quoq; hodie obseruatur; vt in funere virorum cymbal, ac tintinabula maiora; in funere infantium minora pulsantur. Non igitur temere dixit euangelista in supremo luctu puellæ interfuisse tibicines; quos saluator noster iussit discedere.

Traducere quid sit in Matthæo.

XLVII.

Traduce
re qd sit i
matthæo.

In euangelio Matthæi. cap. i. legitur. Ioseph autem cum esset vir iustus; & noleat eam traducere voluit occulte dimittere eam.

sed quid illud verbum traducere hoc in loco significet; paucis ad modum est manifestum. propter aliam remotiorem verbi significationem ab ea quæ est in promptu. nam cum latine dicamus ducere vxorem domum; videtur etiam latine dici posse traducere vxorem quemadmodum in epigramate callimachi de æquali duccenda vxore. atq; parem paruas lætus traduxit in ædes. non respicientes; itaq; reconditam alteram significationē sic exposuerūt; qd cum Ioseph esset vir iustus noluit domum ad se traducere Mariã tanq; ipso indignã. Alij halucinati sunt; id quod erat; exposuerūtq; traducere. i. propalare. Glossa quam dicunt ordinariam vtrũq; tangit dicens; cum nolet eam traducere in publicum. i. diffamare; vo-

Traduce
re aliud si
gnificare
quã ducere
re vxorē
domum.

Duo sensus
in cōtra
rj.

Indubij
ad origi-
nē græcā
reuertē.
dnm.

Paradi-
gma.
Paradi-
gmatizo-
ma.

Traduce-
re est ludi-
brio ex-
ponere.

luit hoc facere occulte: vel cum voluit eam traducere in domū suam ad cohabitationem assiduam. hi duo sensus cum sint diuersi ac pene contrarij: ego non video quomodo possint stare simul: neq; enim quia hoc verbum traduco diuersos habet significatus: quilibet illorum ppter ea sensui pōt accōmodari. Sed vter illorū magis sit veritatis cōsentaneus: discutiēdum nobis est. Iam illud in primis satis cōstat in testamēto nouo quoties aliquid venerit in dubium ad originem græcam esse recurrēdum: cum præsertim nulla talis equiuocatio in græcis reperiatur nisi admodū raro. Atqui in græco pro eo quod nos habem⁹ traducere τὰς ἀδελφὰς ἔδειξεν habet quod significat in exemplum dare; aut exemplū facere. aut si volumus verbū ex verbo interpretari: vt sic dicā exemplare: quod Hispane dicitur dexemplar. nam paradigma est exemplum & inde paradigmatiszomē exemplum trado aut in exēplum do siue traduco: quod verbum poti⁹ elegit interpretes: quia tantūdem polleret. cuius significatio omnibus tūc erat nota: quēadmodum hominibus nostri sæculi abstrusa & occulta. nam poterat lectionē græcā secutus interpretes vertere cum nole eam in exemplum dare quēadmodum apud comicos legimus frequēter (vt in oratione demosthenis cōtra æschinem) præcipuum quidem fuerit si potest; occidatur; sin minus viuētū ceteris exēplū faciatis. p quo in græco τὰς ἀδελφὰς ἔδειξεν legitur. vnde & apud poētas p graui & atroci pœna ponitur exēplū qd Hispane dicitur escarmiento. sed quia huic quod est græce τὰς ἀδελφὰς ἔδειξεν non respōdet latine verbū quod æque polleat nam id esset exēplare. interpretes accepit aliud (quēadmodum dixi) illis temporib⁹ frequēs nostris sæculis minus vsitatū: hoc est traducere: quod significat eo modo circūferre & ludibrio exponere quēadmodum nostro sæculo polygami & læne mitellatæ circūferuntur per vrbis vias celebres; aut in scalaris gradu proponuntur plebi deridendæ. in hac significatione accepit Iuuenalis cum dixit. Altera quod nudo traducit gallia talo. & Martilis de delatoribus traducta est geticis: nec cœpit arena nocētes. Idē alio in loco rideris multoq; magis traduceris afer in medio nudus si spaciare foro. Propertius elegiarū lib. ij. nec sic per totā infamis traducerer. vrbē & Papinius in siluis: nempe ego sum qui traducor ait. Liuius libro. ij. Ab vrbe condita de volcis voce præconis a spectaculis exactis nos (inquit) omnibus ciuib⁹ peregrinis spectaculo abeuntes fuisse

vestras coniuges. vestros liberos per ora hominū traductos. Trā-
 quillus quoq; in Vespasiano delatores (inquit) assidue in foro fla-
 gellis ac fustibus cæsos; ac nouissime traductos per amphitheatri
 arenam. eiusdem prope significationis est verbum quod a græcis **Catami**
 dicitur catamidiare; hoc est deridere & ludibrio exponere, quo ver-
 dere est.
 bo vsus est Aelius spartian⁹ de constitutionibus Hadriani Cæsaris
 Decoctores (inquit) bonorū suorum autoritatis essent catamidia-
 ri in amphiteatro ac dimitti fas sit. ex quibus colligitur traducere;
 Traduce-
 re & cata-
 midiare
 citra mor-
 tem fit.
 & catamidiare citra mortem fieri solitum cum in adulterio depre-
 hensa ex lege foret lapidibus obruenda, sed interpret latinus non
 potuit græci verbi vim exprimere; qđ vtrūq; cōprehēdebat.

V. litteræ varius vsus,

XLVIII.



Littera apud latinos triplici fungitur officio; nā mo-
 do p̄fertur quasi vocalis plena. vt deus tuus. modo
 vt vocalis liquida. id est cum sequit̄ post. q. semper
 aut post. g. & s. aliquando. vt aqua. lingua. suavis.
 modo vt consonans; hoc est quando ferit sequentē
 vocalem; vt vado. venio. Hebræi. u. liquidam non
 habent; quia semper apud illos; vt vocalis est; aut consonā. sed vo-
 calem per apices consonātem per propriam figurā designāt. Græ-
 ci neq; habent. u. liquidam; neq; u. consonantem; s̄st proferunt vo-
 calem; cui tamen non dederunt propriam figuram; qua possent il-
 lam scripto representare; sed suppleunt illius sonum per oy. diphthō-
 gon. Quod si verba hebraica in suam linguam interpretari volūt
 pro. u. consonāte transferūt. oy. diphthongon quam p̄ferūt quasi
 vocalem. Quæ vero apud hebræos post. a. vel. e. u. cōsonātem ha-
 bent græci per. au. & eu. diphthongon satis cōmmode scribunt. vt
 auoth. esau. eua. casseu. vbiq; p̄ferētes quasi per. u. cōsonatē. Cum
 vero latina vocabula in suā linguā adsciscūt. u. vocalē per. oy. diph-
 thongon scribūt. u. quoq; cōsonātem latinā æque per. oy. diphthō-
 gon designāt; & nihilomin⁹ quasi vocalē p̄ferūt; vt Vespasian⁹ sil-
 uanus. hoc est pri⁹ nomē sex syllabis. sequēs quattuor. At vero. u. li-
 quidā post. q. modo expūgūt. vt p̄ eo quod latini dicūt quirin⁹ ipsi
 cyrinum trāsserūt dispūcta. u. littera. Vt in euāgelio Luce. Hæc (in-
 quit) descriptio prima facta est præside syriæ cyrino; modo ver-

V litteræ
 varius vsus.

V. liquis
 dā hebræi
 non hñt.

V. liquis
 dam: nec
 v. conso-
 nantē gre-
 ci non ha-
 bent.

tunt illam in .u. vocalem: vt pro eo quod latini dicunt quartus per .u. liquidam: ipsi quartus per cappa & ou. diphthongon vocalem interpretatur. vt Paulus in calce epistolae ad romanos, & iterum secunda ad timotheum. Illud vero non possum non mirari: cur Hieronymus qui dixit pro eo quod est quinus inter latinos & a grecis scribitur cirinus: cur rursus cum ex greco interpretatur in sermonem latinum scribitur cirinus & non quinus: Sed esto quae ab hebraeis per .u. consonantem scribuntur proferuntur graeci per uo diphthongon scribant, & per sonum .u. vocalis enunciant necessitate possunt excusari: quoniam: vt diximus. u. consonantem non habent. At latini qui non minus quam hebraei. u. consonantem habent: qua ratione se tueri possunt. u. consonantem proferentes quasi vocalem. & .u. vocalem rursus quasi consonantem. vt quod in libris Regum & in Paralipomenis saepe scribitur sarua pro matre ioab eademque sorore David regis. & quod in Genesi manuael pro filio iered. Quodque iterum in .iiij. Regum volumine. areuna Iebusaeus legitur apud hebraeos. u. consonans est quare a latinis quasi consonans est proferenda: non vt vocalis: quemadmodum ab imperitis rationis eius profertur. atque e contrario quod in Daniele & in libro Ester scribitur asuerus. quodque in Genesi pro quodam filio aser iesua a quo in libro Numerorum est familia iesuitarum: quodque in .iiij. Regum volumine & in Esaia sepharuaim: non per .u. vocalem: vt isti legunt: sed per .u. consonantem proferenda est.

Seruia.
Mauiael.
Areuna.
Iebusaeus
Asuerus.
Iesua.
Iesuitarum
familia.
Sepharuaim.

Zelotes pro cananeus.

XLIX:

Zelotes
pro cananeus.
Simō xpi
discipulus
Simon
Cananeus.



Imon vnus ex duodecim Christi discipulis ad differentiam Simonis Petri cananeus cognominatus est: quod fuerit ex Cana ciuitate galileae: in qua dominus aquam in vino mutauerat. Sed & si cana ex hebraeo sermone interpretetur zelus in litteris saecularibus non liceret etymologiam proprii nominis interpretari: vt pro Simone cananeo Simon zelotes verteretur: non magis quam si pro Gregorio theodoro phrontisco vigilantium deo datum prudentium quispiam interpretetur. Aut propterea quod Plato interpretatur latus & athena sit minerva: pro Platone atheniensi quispiam transferret latum minervalem. Quandoquidem nominum propriorum siue hominum siue locorum significationes & etymologiae in aliam linguam vertende non sint: quod & septuaginta interpretes & qui post illos sunt secuti pertinacissime obserua-

runt, nam quid absurdius dici posset; quam si pro eo quia hebraice dicitur Adam ex Eua genuit Abel; quonia Adam interpretatur homo: Eua mater uiuentium Abel vanitas; siue vapor; siue nihil hoc: quispiam interpretaretur homo ex matre uiuentium genuit vanitatem; siue vaporem; siue nihil hoc. Iure igitur Hermolaus barbarus in thucydidis interpretatione Laurentium vallam notat: quod pro eo quod est ichthis graece; latine est piscis; aut quod Strabonis interpretatur paradysus coelesyrie oppido viridarium interpretatus est; non quod paradysus viridarium hortumque non significet; sed quod nomina oppidorum propria sicut & hominum in quacunque lingua retineri solent. Apud autores tamen sacrarum litterarum quibus non solum nomina significant res; sed etiam deinceps res ipsae possunt significare alias res; licet aliquando non tantum nomina; sed etiam res ipsas quae per ea significantur interpretari; & sic pro eo: quod vnus euangelista dixit simon cananeus; alter dicere potuit simon zelotes; quod ex graeco sermone interpretari in latinum potest amator, qui non patitur consortem in eo; quod amat. Hac eadem ratione defendi potest: quod Hieronymus in. ij. Regum li. cap. interpretatus est elcana beniamina a deo datus filius saltus. propterea: quod elcana est a deo datus, beniamina a deo datus saltus. E contrario fecit idem interpretatur in Gen. ca. xxxviii. pro nomine appellatiuo quasi proprium interpretatus. Vidit (inquit) iudas filium hominis cananei vocabulo sue; ubi cananeum; quod alioqui nomen est gentile siue aliquis de genere canan; quemadmodum in hebraeo legerat reliquit; cum in eo loco pro mercatore accipiatur. In qua significatione etiam accipiendum est quod in calce Prouerbiorum legitur. Sindonem fecit & vendidit; & cingulum tradidit cananeo, nam utrobique canaeus pro mercatore accipitur; cum sit alias (ut diximus) quispiam de gente Canaan filii Cham filii Noe. Aliquando etiam ab autoribus nomina propria transferuntur; sed non quasi propria; sed tanquam appellatiua; ut pro septem montibus africae; qui mari atlantico impendent; quos graeci heptadelphos appellant. Pomponius mela septem fratres dixit; quonia ob similitudinem & equalitatem inter se fratres dici possunt; ob numerum septem. Sed quando licitum sit huiusmodi nomina interpretari; quando non licet; opus est partim prudentiae; partim fortunae cuiusdam, prudentia inquam; quia euentus est dubius quam in partem id; quod audeas accipiendum sit, ut si dueñas in dominas

Etymologiae nominum propriae siue hominum siue locorum in aliam linguam versandae non sunt. Ichthis Paradysus.

Zelotes amator interpretari. Elcana beniamina.

Cananeum nomen gentile.

Canaeus pro mercatore.

Heptadelphos septem fratres ut ait Pomponius mela.

Dueñas in dominas an recte ut ait, &c.

F

in dominas verteris non absurde fortassis erit factum: illud plane
rediculum si pro Tordesillas iugum siue turrem sellarum dicas, sed
de his alias pluribus,

Zona,

L.

Zona.

Pera.



Egimus in euāgelio Matthei cap. x. Nolite possi-
dere aurum, neq; argentum, neq; pecuniam in
zonis. In Marco etiam cap. vi. non peram, neq;
in zona æs. Sed cum zona sit cingulum siue semi-
inctum: hoc est quod e regiōe vmblici hominē
cingit medium: quid sibi vult quod euangelistæ
scribunt pecunia siue æs in zona: aut quomodo pecuniæ in zonis
comportantur? Nisi forte: vt nos Hispani consueuimus in marsypia
illa zonis appēdere: quæ pastores appellāt escaria: quod in illis de-
ferre solēt anulos ferreos: silices: & ignis escas (hoc est) fungos ari-
dos & fomitem vnde scintilla excussa rapit flammam. Nos vero
non tale cingulum: sed scortēū sacculum intelligim⁹: qui pecunijs
impositis cingitur: & pro cinctu potest esse vsui: atq; viatico impor-
tando: Tales sacculi ex corio me puero erant: quo tempore nō tam
frequentes aurei: atq; argentei nūmi versabantur: sed æ rei magna
ex parte: quo viatores cincti faciebant iter in eo viaticum deferen-
tes: hoc est pecunias ad sumpt⁹ viatorios. Itaq; zona nō tam, p cin-
gulo accipiēda est quam pro marsypio: & loculis nummorum re-
fertis accipitur. Apuleius lib. vii. de asino. Plotina (inquit) preciosis-
simis monilijs: & auro monetali zonis refertis incincta. Suetoni⁹
quoq; scribit Vitelium zonam se aureorum plenam circūdidisse.
Spartianus etiam Pescenium n grum imperatorem iussisse ne mi-
lites in zonis nummos aureos: vel argenteos portarent ad bellum.
Lampri dius quoq; Alexandrum Cæsarem dicere solitum ait: mi-
les nō timet nisi vestitus: calceatus & satur: & aliqui in zonula ha-
bens: & fere hæc est consuetudo Hispanorum: vt cingulo bursam
escariam applicent: in qua portent nummos. Itaq; saluator noster
discipulis interminatur ne portent zonam. In hoc significato acce-
pit Vulpianus in ti. de bonis damnatorum. l. diuus. neq; si zonam
(inquit) circa se habuerit: protinus aliquis sibi vindicare debebit:
Accursius zonam putauit esse cingulum magni præcij.

Scortēū
sacculū.

Zona nō
tā cingu-
lum quā
marsy-
pium.

Accursij
error.

Tertiæ Quinquagenæ Finis.

DEI V S D E M

ANTONII NEBRISSEN.

De digitorum supputatione.



Multi cotidie leguntur apud autores loci: quos ex antiquitatum ignorantia nulla relinquitur intelligēdis pes, contentique sensu: qui se primum legentibus offert: nō enucleamus: quod penitus latet. Cuiusmodi est illud: quod in parabolarum Salomonis volumine cap. iij. legimus, Longitudo dierum in dextera eius & in sinistra illius diuitiæ & gloria. & si enim per diuitias: & gloriam: quæ in manu leua ponuntur: temporaria hæc & caduca bona intelligimus: per longitudinem dierum: quæ in dextera interminabilis vitæ iucundam possessionem: subest tamen his in verbis abstrusa: atque recondita quedam antiquitas, quam video a plerisque omnibus ignorari: dissimulanterque ab illius loci expositoribus preteriri. Sed nihil mirandum ista nesciri ab ijs; quibus nulla vetustatis est cura: quibus nihil placet: nisi quod sit horum: qui nihil amant: nisi quod se consequi posse confidunt. Reperiuntur quoque nonnulli diligētes antiquitatum indagatores: qui nihil admirantur nisi quod sua industria sit elucubratum: aliorum inuenta non multi faciāt. A quibus si percōteris qualis manuum digitorumque dispositione fingat antiquissimus ille deorum ianus; ut possit graphice designare trecentos sexaginta quinque dies illos: quibus in annuus solis ambitus cōficit: respōdebunt opinor se nescire propterea: quod ratio illa per manus digitorumque numerus exprimerēdi latet adhuc: atque æternū forsitan latuisset, nisi nos interim perspexissemus. Quare visum est hoc in loco ea que a Martiano capella, ab hispalensi præsule Isidoro, a britanno Beda aliisque autoribus hac de re partim obscure partim ambigue prodita sunt publicæ omnium utilitati exponere. Igitur cum prisci illi maiores nostri graphice unum exprimere volebāt: minimum sinistræ manū velle digitum affigebāt, cum duo proximum minimo: cum tria mediū, quæ tum impudicū tum infamē, tum verpū vocitabāt. Atque his tribus ita palmæ affixis minimo sublato quattuor, sublato quoque proximo quinque, minimo preterea: & medio sublatis: atque medico quæ proximum a minimo diximus velle expresso sex. Minimo radici manū admoto septē, medico eidē quoque radici admoto octo, medio eidē etiā radici admoto no-

F ij

uem. & quæadmodū tribus digitis numeri simplices (hoc est citra
 decē) designātur; ita per pollicem & indicem horū numerorū decu-
 plationes monstrantur, alijs alios non impediētibz. Nam indicis
 fastigio mediæ pollicis vertebræ admoto; decē exprimūtur. Polli-
 ce introrsus cōtracto viginti. Pollicis; atq; indicis summitatibus in
 orbem circumductis triginta. Pollice in mediam indicis vertebram
 utroq; in crucem directo quadraginta. Indice per distenti pollicis
 summitatem circūducto quinquaginta. Indice super mediā polli-
 cis vertebram circūducto sexaginta. Pollice; atq; indice quam ma-
 xime possunt diuaticatis septuaginta. Pollice super mediam indicis
 vertebrā sup inducto; ut in designādis quadraginta dixim⁹; utroq;
 tamē inflexo; octoginta. Indice ad radicē pollicis inflexo nonagin-
 ta. Deinde trāsitura ad dextrā; atq; ubi in leua decem designabatur
 in dextra erūt cētum, ubi viginti ducēta, ubi triginta trecenta, ubi
 quadraginta quadingēta, ubi quinquaginta quingenta, ubi sexa-
 ginta sexcenta, ubi septuaginta septingēta, ubi octoginta octingē-
 ta, ubi nonaginta nongenta. Vbi in leua vnum designam⁹ in de-
 xtra erūt mille, ubi duo; duo millia, ubi tria; tria millia, ubi quattuor
 quattuor millia, ubi quinque; quinque millia, ubi sex; sex millia, ubi
 septem; septē millia, ubi octo; octo millia, ubi nouem; nouē millia.
 Tum leua supina ad medium pectus admota; decē millia; eadē pe-
 ctori aduersa; viginti millia. Eadē in eadē loco prona; triginta millia.
 Eadem e regiōe vmbilici supina; quadraginta millia. Eadem in eo-
 dem loco prona quinquaginta millia. Eadem super leuū femur su-
 pina; sexaginta millia. Eadem super idem femur prona septuaginta
 millia. Eadem ad inguem leuum supina; octoginta millia. Eadem in
 eodem loco prona; nonaginta millia. Tum centum millia vsq; ad
 nongenta millia in dextra eodem modo quo dictum est in sinistra.
 At uero decies centum millia quem numerū Hispani computum
 vocant; digitis pectinatim insertis designātur. Hæc fuit apud maio-
 nostros ratio numeros representādi; qua ignorata non satis expli-
 cari possunt loci quos dixim⁹ apud autores crebro inueniri. Qua-
 le est illud Hieronymi primo in iouinianū volumine, tractāti illud
 ex euangelio de fructu decenario, sexagenario & centenario. Cen-
 tesimus (inquit) & sexagesimus, & trigessimus factus quāquam de
 vna terra & vna semete nascatur; tamē multum differūt numero.
 Triginta referūtur ad nuptias, nam & ipsa digitorum coniunctio

quasi molli osculo se amplectens ac foederans maritū pingit & con-
iugem. (Dixim⁹ nāq; triginta pollicis; atq; indicis summitatibus in
orbē circūductis designari) vt sit pollex quasi maritus, index vxor
se inuicem molli osculo foederantes, & subdit Hieronymus, sexa-
ginta vero ad viduas; eo quod in angustia & tribulatione sunt posi-
tæ; vnde & superiori digito deprimuntur; quātoq; maior est diffi-
cultas experte quondam voluptatis illecebris abstinere; tanto ma-
ius & præmium. (Nam diximus indice super mediam pollicis ver-
tebram sexaginta formari) Tum idem Hieronym⁹ subiūgit, Porro
centesimus numerus diligenter quæso lector attende de sinistra
transfertur ad dextram & iisdem quidem digitis; sed non in eadem
manu; quibus in leua nuptæ significantur & viduæ; circulū faciens
exprimit virginittatis coronam. (Dixim⁹ nāq; centū in dextra ma-
nu designari eodem in loco vbi decem in sinistra; & iisdem in digi-
tis quibus triginta & sexaginta) fitq; ex circūductiōe illa orbis quē
Hieronymus coronam interpretatur; quæ sit debita virginibus.
Ambrosius præterea in sermone quodam qui legitur in celebra-
tibus vnius confessoris pontificis ex cōsuetudine ritusq; Romanæ
ecclesiæ; cuius initium est, Ad sancti patris nostri; ad hanc numerā-
di rationem alludens; qui huic mundo (inquit) crucifixus & mor-
tuus quidquid laborauit de hac vita ad illam transtulit, & quasi bo-
nus ratiocinator velut ad centuplum manum porrigēs semper de
sinistra aliquid trāsmisit ad dexteram, Sic quoq; Iuuenalis illud ex-
ponendum est in quo pleriq; herent, sua (inquit) dextera cōputat
annos, de Nestore videlicet loquēs; qui apud Ouidium dixerat; vi-
xi annos bis centum; nunc tertia viuitur ætas; quia diximus; quod
vltra centum numeri in dextera manu formabātur, Sic etiam faci-
le possumus intelligere illud ex Macrobio in saturnalibus; quod
de iano scribit; qua manuum digitorumq; chironomia designare
posset trecentos illos & sexaginta quinque dies quibus annum
spacium conficitur, Sic quod Cicero compluribus in locis scribit
ad digitos rem redire, Sic deniq; quod ab initio diximus Salomo-
nis illud Longitudodierum in dextera eius; & in sinistra illius diui-
tiæ & gloria.

Finis.

INDEX VOCABVLORVM.

De littera, A.

A Collicio collicida. folio. xvi.
 Ad augustinum responsio.
 folio. xxxiiij.
 Aioth. fo. xviiij.
 Algumin. fo. x.
 Antimoniū. fo. xxxviiij.
 Antiochia plures. fo. xvij.
 Antiochia restaurata. fo. xvij.
 Amicitia inimicitie inter herb. xxiij.
 Apamia. fo. xvij.
 Apollo prim⁹ epithiamū cecinit. xx.
 Aquilo quid. fo. xxi.
 Arceuthina ligna nō arcētina. fo. x.
 Arceutos quid. fo. x.
 Arazin. fo. x.
 Arencia. fo. xl.
 Artemon quid. fo. xi.
 Arsen libano. fo. xij.
 Arren libano. fo. xij.
 Aseroth. fo. x.
 Asdod. fo. xij.
 Ascalot. fo. xij.
 Astarte. fo. xij.
 Asmal quid. fo. xx.
 Anthemon. fo. xxij.
 Affectare aliquē quot modis dī. xxx
 Assuerus. fo. xl.
 Atharam. fo. xij.
 Atergatim. fo. xij.
 Aurichalcum. fo. xi.
 Aurichalcum non posse dici. fol. xij.
 Aurei iohannini. fo. xx.
 Azotus pro asdon. fo. xij.
 Azotus. fo. xij. xij.

De littera, B.

Barach. folio. xviiij.
 Bariona. fo. xxiiij.
 Berosim. fo. x.
 Borith an sapo. fo. xxiiij.
 Borith nō solū sapo sed herba. xxiij.
 Bethsaida pro betesda. fo. xii
 Betesda domus effusionis. xij.
 Besai galileæ ciuitas. fo. xij.
 Bethagon. fo. xij.
 Bethel. fo. xviiij.
 Buthon. fo. xxviiij.

De littera, C.

C. pro. g. fo. xxij.
 Caath. fo. xxix.
 Caath vomitus interpretatur. xxix.
 Camelo pardalis. fo. xij.
 Camelus pardus. fo. xij.
 Camelo pardali descriptio. fo. xiiij.
 Camelo pardalim prim⁹ Romā Cæ
 sar adduxit. fo. xiiij.
 Cuius pro dominus. fo. xx.
 Cananeus nomen gentile. xli.
 Cananeus pro mercatore. fol. xli.
 Caradrius quid. fo. xv.
 Castores. fo. xiiij.
 Castor & pollux. fo. xiiij.
 Catamidiare deridere est. f. xl.
 Centesimus numer⁹ in dextera. xix.
 Ceren. fo. xxxviiij.
 Cesach. fo. xxij.
 Cnalcolibanon. xi.
 Chalceon. fo. xi.
 Chalcos. fo. xij.
 Coemiterium nō cimeterium. xvi.
 Collix. fo. xvi.
 Collicium. fo. xvi.

INDEX.

Colliphium, fo. xvi.
 Collicophagi, xvi.
 Collirida, fo. xvi.
 Collicida nō collirida, fo. xvi.
 Coplures loci enodati, xviiij.
 Colunamenia, fo. xxvi.
 Cōputandi modus per digitos, xviiij.
 Constantius corrupte lectionis, xv.
 Constantius in nicolaum ignorāter
 inuehitur, fo. xv.
 Coros puer. l. filius dicitur, xiiij.
 Crotao, fo.
 Cumi surge interpretat̄, fo xxxviiij.
 Cur febres tertiāe & quar, dicāt, xxv
 De littera, D.
 Dagon, fo. xiij.
 Daphne quid in libro numero, xvij.
 Daphne ludonis, fo. xvij.
 Datius pro genitius, fo. xxvi.
 Debora non delboar, fo. xviiij.
 Delbora nihili verbum, fo. xviiij.
 De diaboli etymologia ridicu, xxxv
 Dercetus, fo. xiiij.
 Dercetus vnde dicatur, fo. xiiij.
 De quo electro ppheta itellexit, xxi
 Dexterā, fo. xviiij.
 Dexterarū permutatio, fo. xxxiiij.
 Dioscori, fo. xiiij.
 Dispolis, fo. xiij.
 Domatectum, fo. xxviiij.
 Dormire pro amorī fo. xvi.
 Drama simplr sumptum, xx.
 Drachma pro, ch, fo. xix.
 Dragma per, g, fo. xix.
 Drama per duplex, m, fo. xix.
 Duo cōtrarij sensus, fol, xxxix.
 Dueñas indrias, fo. xli.

De littera, E.

E. in, a. plærūq; verti, fo. xxx.
 Ecnephias, fo. xxi.
 Elcana beniari, fo. xli.
 Electrum, fo. xxx.
 Electri duo genera, fo. xx.
 Electrum triplex, fo. xxi.
 Electrum quid, fo. xx.
 Engultrimitos, fo. xxxi.
 Epagonta, fo. xi.
 Error accursij, fo. xxi.
 Error accursij, fo. xli.
 Error baptistæ, fo. xxxv.
 Error Baptistæ pij scriptoris, fol, xx.
 Error constantij, fo. xvi.
 Error Nicolai, fo. xxi.
 Error recentiorum, fo. xxiiij.
 Esdras, fo. xi.
 Esda, fo. xiij.
 Etymologiae nomiū nō vertēde, xli.
 Euriclea, fo. xxxi.
 Euroclydon non Euroaquilo, xxi.
 Euroaquilo, fo. xxi.
 Exhedria, fo. xxi.
 Ezras, fo. xi.

De littera, F.

Facete dictum, M. bibuli, fo. xiiij.
 Farina ex tribus constare, fol, xxxv.
 Fœminę cognomines, fo. xvij.
 Fulmen, fo. xxi.

De littera, G.

G. pro, C, fo. xxii.
 Gaius pro caius, fo. xxij.
 Gitsiue melanthium quid, fo. xxi.

F iiij

VOCABVLORVM.

Git quod semen est. fo. xxij.
 Git cum cimino curseritur. fo. xxij.
 Gira fa. fo. xiiij.
 Glessum. fo. xx.
 Gnasea. fo. xxiiij.
 Gnaseos etymon. fo. xxiiij.
 Gnaphalion. fol. xxiiij.
 Gnapha per capa. fo. xxiiij.
 Græci non circūflectere vltimas syll.
 folio. xxiiij.

De littera, H.

Hapuch. fo. xxxiiij.
 Helena stella. fo. xv.
 Heptadelphos. fo. xli.
 Herba fullonum siue borith. f. xxiiij.
 Heth in, e, ab interpretib⁹ verti. xxx.
 Heth in, chi, suū græci mutare. xxx.

De littera, I.

Iamna. fo. xiij.
 Iehthis. fo. xli.
 Iebuseus. fo. xl.
 Iehosuah. xxiiij.
 Iesua. fo. xl.
 Iesuitarum familia. fo. xl.
 Iesus. fo. xxiiij.
 Iesus græce. fo. xxiiij.
 Iesus dicitur ex græco. fo. xxiiij.
 Iesus & iosue ex hebræo dī. fo. xxiiij.
 Iesus apud hebræos trisyllabū. xxiiij.
 In vna dictione tria errata. fol. xxx.
 In dubijs ad græcos recurrendum.
 folio. xxxix.
 Ingluuias. fo. xxix.

Indicium. fo. xxxiiij.
 Immissum. fo. xxvij.
 Iosue latine dicitur. fo. xxiiij.
 Ioannes pro Iona. fo. xxiiij.
 Iosue acc. acuto in penul. fol. xxiiij.
 Iuniperus cariem nō sentire. fo. x.
 Iuuenalis locus elucidatus. fo. xix.

De littera, L.

Lapidoth. fo. xviiij.
 Libanus duo significare. fo. xij.
 Lida lexica. hebræa hallucinare. xx.
 Lida. fo. xiiij.
 Lircamoth. fo. xxxiiij.
 Lucus pōpeii. fo. xvij.
 Lustrum. fo. xxiiij.
 Lustrum latine olympias. g. xxv.
 Lustrum ānos quattuor aut quinque
 continere. fo. xxv.

De littera, M.

Mēnium quid est. xxvi.
 Mēnium a mœnibus solus acur-
 sius dixit. xxvij.
 Mabilia. fo. xl.
 Meditor pro exerceor. fo. xxvij.
 Melanthion esse nigellam. xxij.
 Melanspermon. fo. xxii.
 Melita. fo. xxvii.
 Micol. pro merob. fo. xxviii.
 Mygale quid. xxviii.
 Mygale nō musarachneus. xxviii.
 Mygale unde dicatur. fo. xxviii.
 Moses an moyses. fo. xxv.
 Moses apud poetas xpianos. xxvi.

VOCABVLORVM.

Moses & moyses indifferenter apud
græcos, fol. xxvi.

Moysis varię declinatiōes, fo. xxvi.

Moysis casus omnes circūflekti apud
græcos, xxvi.

Moses, lxxx annos, mansit in egypto,
fo. xxvii.

Mustellanō est mus arane⁹, f. xxvii.

Mustellæ descriptio, fo. xxvii.

De littera, N.

Nabis fera, fol. xii.

Necromantici cur dicantur pytho-
nes habere, fo. xii.

Nicolai opinio falsa, fo. xvii.

Nicolai commentum, xvii.

Nicolai sinistra interpretatio, xxvii.

Nicolaus correptarū lectionē apro-
bat, fo. xxvii.

Non: adiecta, fo. xxvii.

Non: detracta, fo. xxix.

Nomina a sectatorum, fo. xxxii.

De littera, O.

Ob hebraicæ, fol. xxxii.

Olympias, iij, annos cōplecti, xxv.

Onocratalus, fo. xxix.

Onos, folio, xxx.

Orichalcum, fo. xi.

Oros, fo. xii.

Ouis fera, fo. xii.

De littera, P.

Pānis autopyros, fo. xxxvi.

Panthera, fol. xii.

Panthos, fol. xii.

Paradigma, fo. xxxix.

Paradigmatizome, fo. xxxix.

Paradyfus, fo. xli.

Pardalis, fo. xii.

Pascha, fol. xxx.

Pascha non apasco dicitur, fo. xxx.

Pascha vnde dicatur, fo. xxx.

Pascha hæbreum est, fol. xxx.

Paulus dexter est petro, fo. xxxii.

Phase, fol. xxx.

Phase transitus, fol. xxx.

Phase, acc. in prima, fo. xxx.

Phœnicopteros, fo. xxxii.

Phœbades a phœbo, fo. xxxi.

Philippus primus omnium christia-
nus Imp, fol. xii.

Phiton pro pythone, fo. xxx.

Pytin, xxxi.

Pythias apollo vnde dicitur, fo. xxxi.

Pythiasacerdos, fo. xxxi.

Pythię domicilium, fo. xxxi.

Pythię ab apolline pythio dicitur, xxx.

Platiophthalmon, fo. xxxvii.

Poliadrum, fo. xvi.

Polymita, fo. fo. xxxii.

Porphyrio, fo. xxxii.

Porphyrio solus morsu bibit, xxxii.

Prino non pruno, fo. xvi.

Presteras, fo. xxi.

Probatica septum ouille, fol. xii.

Probaton ouis, fo. xii.

Proiectum, fo. xxvii.

Prolobos, fo. xxix.

Psimitium, fol. xxxvii.

Puth, fo. xli.

De littera, Q.

- Quæ fordes vestiũ abluãt, f. xxxiij.
 Quattuor res a pollini decernuntur folio, xxxi.
 Quæstio de Christi resurrectione soluitur, fo. xxxv.
 Quinquenali tps vnde dñ, fo. xxiiij.
 Quo tpe xp̄s natus & passus, xxv.

De littera, R.

- Rebeca, fol. xvij.
 Reblatha, fo. xvij.
 Recamoth, fo. xxxiij.
 Remon phares, fo. x,
 Retamin, fo. x,
 Rethma, fo. x,
 Rhacam oēs ignorãt, fo. xxxij.
 Rhotem, fo. x,
 Rimor, fo. xxxij.

De littera, S.

- S. litteræ sonus, fo. xi.
 Sceptos nomē gn̄ale, fo. xxi.
 Schinos, fo. xvi.
 Schizo, fo. xvi.
 Scruta quæ sunt, fo. xxxij.
 Scrutor, fo. xxxij.
 Scrutarij roolim, xxxij.
 Scuta pro scruta, fo. xxxij.
 Scutula, fo. xxxiij.
 Scutulator, fo. xxxiij.
 Scutula retis maculæ, fo. xxxiij.
 Sedere ad dextram, fo. xxxiij.
 Sexaginta ad viduas referre, f. xvij.

- Scorteum sacculum, fo. xli.
 Sd, pro, z, fo. xi.
 Sepulchretum, fo. xvi.
 Septuaginta interpretes, fo. xxij.
 Seruia, fo. xl.
 Sepharuaim, fo. xl.
 Symbolum quid, fo. xxxiij.
 Symboli inepta interpre, fo. xxxiij.
 Symbolũ in sacris litteris qd, xxxv.
 Symbolum in remilitari, fo. xxxv.
 Sicerca, fo. xxij.
 Signa, fo. xxxv.
 Simila & similago, fo. xxxvi.
 Simon ioãnes pro simõ iona, xxiiij.
 Simon cananeus, fo. xl.
 Simõ xp̄i discipulus, fo. xl.
 Si p̄tini nō recta interptatio, xxxi.
 Sin pro sed si, fol. xxxvi.
 Sin pro si non, fo. xxxvij.
 Sin pro sed si non, fo. xxxvij.
 Sinistra locus dignitate præstantior fo. xxxix.
 Smegma, xxij.
 Soleth, fo. xxxvi.
 Sphe x, fo. xxxi.
 Sternomanthin, fo. xxxi.
 Stibium, fo. xxxvij.
 Stibij variæ expositiones, fo. xxxvij.
 Stibium quid, fo. xxxviii.
 Stimmia, fo. xxxviii.
 Striatus, fo. xxxvii.
 Striatarum non historiarũ, f. xxxvii.
 Stria, fo. xxxvii.
 Strigiles, fo. xxxvii.
 Striata, fo. xxxvii.
 Succinum, fo. xx,
 De littera, T.

VOCABVLORVM.


Talitha & tabitha. fol. xxxviii.
 Talitha puella interpretatur. xxxviii.
 Tibijcines cur in funeris pōpa inter-
 sunt. fol. xxxix.
 Thyna ligna. fo. x.
 Thyna a thynoo. fo. x.
 Thus adulterinum. fo. xi.
 Tychonij quinta regula. fo. xxv.
 Typhonicus ventus vnde dicit. xxi.
 Typhon. fo. xxi.
 Traducere quid in matthæo. xxxix.
 Traducere ludibrio expōere. xxxix
 Traducere aliud est quā ducere vxo-
 rem domum. fo. xxxix.
 Traducere & catamidiare citra mor-
 tem fit. fo. xl.
 Triginta ad nuptias referūtur. xix.
 Tritici tria genera. fo. xxxvi.
 Turpe pro magno. fo. xxix.

De littera, V.
 V. littere varij vsus. fol. xl.
 V. liquidam hebræinō habēt. fo. xl.
 V. liquidam; nec. v. consonantē græ-
 ci non habent. fo. xl.
 Vnde ortus error; vt quattuor pro
 quinque accipiatur. fol. xxvi.
 Vocatiu⁹ non poni absolute. xxxviii.

De littera, Z.
 Z. pro. sd. fo. xi.
 Zelotes pro cananæus. fo. xl.
 Zelotes amator interpretatur. f. xl.
 Zeos dios. fo. xiiij.
 Zithum. fo. xxij.
 Zona. fo. xli.
 Zona non tam cingulum quā mar-
 sypium. fo. xli.

Tabulæ finis,

⚡ Aetherē quicūq; cupiscendere regnū.




⚡ Ex his difficilem tu tibi fume viam.

Table 1. The first table contains a list of words and their corresponding Latin or Greek roots. The words are arranged in two columns, with the first column containing the word and the second column containing the root. The roots are listed in a column on the right side of the page.

Table 2. The second table contains a list of words and their corresponding Latin or Greek roots. The words are arranged in two columns, with the first column containing the word and the second column containing the root. The roots are listed in a column on the right side of the page.

Table 3. The third table contains a list of words and their corresponding Latin or Greek roots. The words are arranged in two columns, with the first column containing the word and the second column containing the root. The roots are listed in a column on the right side of the page.

Table 4. The fourth table contains a list of words and their corresponding Latin or Greek roots. The words are arranged in two columns, with the first column containing the word and the second column containing the root. The roots are listed in a column on the right side of the page.





BU
18 18 1818
03



VA. BHSC. BU 08031



UVA. BHSC. BU 08031